

ARTICULUS LX

DE PROPRIETATE COMMUNI PATRI ET FILIO, QUAE EST SPIRATIO ACTIVA

5 | Sequitur de proprietate communi Patri et Filio, quae est spiratio
activa. Circa quam decem sunt dubitanda, quorum primum est utrum
principium elicitivum eius sint ambo simul natura et voluntas in Patre et
Filio communiter existentes, vel alterum eorum tantum; secundum
utrum realiter distincta sit et diversa a generatione; tertium utrum sit
10 aliquis ordo inter generationem et spirationem; quartum utrum genera-
tio sit principalior productio quam spiratio; quintum utrum spirare sit
proprietas constitutiva alicuius personae; sextum utrum spiratio activa
sit proprietas sive actio unius spiratoris; septimum utrum plures spiran-
tes sint unum principium spirandi; octavum utrum alter spirantium, puta
Filius, habeat rationem spirandi a Patre; nonum utrum Pater principalius
15 spiret quam alter, puta Filius; decimum utrum spirantes habeant aliquam
aliam proprietatem communem quam spirationem activam. |

K" 104^{va}
Bad. 152^{vl}
Scarp. 1065

B" 78^{va}
Bad. 153^{rl}
Scarp. 1065^a

QUAESTIO 1

UTRUM PRINCIPIUM ELICITIVUM SPIRITUS SANCTI SINT AMBO SIMUL NATURA ET VOLUNTAS IN PATRE ET FILIO

5 Circa primum istorum arguitur quod ratio eliciendi actum spiratio-
nis activae a Patre | et Filio non sit aliquo modo voluntas sed tantum
natura. Primo sic. Actionis quae est ad producendum de illo simile in
forma producenti principium est non voluntas sed natura, quia solius
naturae est assimilare productum producenti, secundum communem
descriptionem naturae: | «*natura est vis insita rebus ex similibus similia produ-*
10 *cens*». Actio quae est spiratio est ad producendum simile in forma produ-
centi, quia per ipsam Spiritus Sanctus producitur in forma deitatis de

S' 219^{va}

Scarp. 1065^b

divina substantia sicut et Filius, qua Spiritus Sanctus similis est Patri et Filio, sicut et Filius est similis Patri. Ergo etc.

Secundo sic. Actio cuius ratio eliciendi est voluntas praesupponit in cognitione terminum ad quem est. Nihil enim vult voluntas aut amat, secundum AUGUSTINUM, nisi cognitum. Quare, cum terminus actionis quae | est spiratio sit Spiritus Sanctus, et illum non praesupponit ipsa in notitia, quia tunc in Spiritu Sancto differrent essentia, qua esset cognitum et praesuppositum in notitia, et esse existentiae, quod haberet per actionem spirantis, et agens producendo ipsum ageret per cognitionem et regimen rationis sicut contingit in creaturis, quod falsum est. Ergo etc.

Scarp. 1066^aQ 75^aI' 300^{va}K" 104^{vb}

Tertio sic. Spiritus Sanctus emanat de Patre et Filio velut amor de mente et notitia, secundum quod determinat AUGUSTINUS libro IX^o et libro | X^o De Trinitate per totum, velut voluntas de memoria et intelligentia, | secundum quod determinat [a] libro XI^o et deinceps. Sed ratio eliciendi eius quod emanat de mente et notitia non est voluntas, sed potius natura, | quia quod est in Deo ex parte intellectus connumeratur cum principio quod est natura, ut habitum est supra; et propter eandem rationem nec eius quod emanat de memoria et intelligentia, quia ambo se tenent ex parte intellectus, et hoc etiam maxime ideo, quia tunc voluntas esset ratio eliciendi actum quo emanat et sic similiter producendi sui ipsius, quod est impossibile. Ergo etc.

Quarto sic. Sicut se habet intellectus ad productionem Filii, sic voluntas, si sit ratio eliciendi eius, ad productionem Spiritus Sancti. Sed intellectus non est ratio eliciendi actum generationis Filii, ut est intellectus simpliciter, sed ut est natura. Ergo etc.

Quinto sic. Quod est commune tribus non est ratio eliciendi actum productivum alicuius illorum, quia tunc aliquid esset ratio | productiva sui ipsius, quod est impossibile. Voluntas autem in divinis est essentialia quid et communiter tribus personis conveniens. Ergo etc.

B" 78^{vb}

Sexto sic. Non est productum idem in natura cum producente communicando illi naturam producentis, nisi quia ei communicatur per actum naturae, quia orta a principio eidem debent attestari. Unde super illud VIIⁱ Metaphysicae: «Sicut in syllogismis est principium cuiuslibet, et hic generationes», dicit COMMENTATOR, «id est quemadmodum syllogismi, ex quibus fiunt artificata, sunt quidditates artificiarum, ita res generabiles fiunt a suis quidditatibus». Et intendit quod quaecumque producuntur a suis quidditatibus realiter existentibus sic ut sint eiusdem naturae cum producentibus, sunt generata naturalia modo naturae, quemadmodum quaecumque producuntur a suis quidditatibus intellectis sic ut non sint eiusdem naturae cum producentibus, sunt facta artificiali modo artis et e

55 converso. Spiritui autem Sancto per spirationem communicatur natura Patris et Filii, ut sit idem in natura cum producentibus ipsum; ergo producit modo naturae, non | ergo modo voluntatis. Ergo etc.

Scarp. 1066^b

Septimo sic. Ratio elicitiva actus quo producit productum naturale est natura, non voluntas, quia productum voluntatis potius est artificiale quid quam naturale. Spiritus Sanctus est productum quid naturale, quia est spiritus connaturalis Patri et Filio. Ergo etc.

60 Contrarium arguitur primo sic. Spiratio est actio qua productum excutitur sive expellitur a producente, sicut patet in nobis de spiratione spiritus qui est aer a pulmone expulsus qui 'anhelitus' dicitur, unde emanatio ista in divinis nomen accepit. Sed voluntas, non natura, proprie est ratio eliciendi actum quo aliquid ab alio quasi | excutitur, quia
65 natura potius est ratio actus quo aliquid alicui imprimitur ut forma; et sic aliquid de illo producit. Ergo etc.

E' 107^{va}

Secundo sic. Ratio completa eliciendi actum sibi proprium sic perfecte semel se in suum actum effundit et exhaurit, ut secundum illam de cetero nullus actus restet eliciendus, ut patet ex supra determinatis.
70 De eo quod solum unicus Filius est in divinis, omnis ratio elicitiva actus in divinis | summe completa est, et ratio elicitiva actus in divinis, quae est natura, semel se in suum actum effudit, scilicet in generatione Filii. | Ergo secundum rationem illam, quae est natura, praeter generationem unci Filii nullus restat alius actus eliciendus. | Ex hoc enim supra decla-
75 ravimus quod in divinis tantum est unica generatio et tantum unci Filii. Quare, cum spiratio sit alia actio a generatione, ratio elicitiva eius nullo modo est natura. Est ergo ratio illius sola voluntas. |

K" 105^{ra}B" 79^{ra}S' 219^{vb}I' 300^{vb}Q 75^o

Tertio sic. Sicut se habet natura ad generationem, sic voluntas | ad spirationem. Ergo permutatim sicut se habet voluntas ad generationem,
80 sic natura ad spirationem. Sed voluntas nullo modo est ratio eliciendi in generatione; ergo nec natura in spiratione.

Quarto sic. Simile productum ratione naturae Filius est, ut habitum est supra. Spiritus Sanctus omnino similis est Patri in natura et similiter Filio. Ergo si esset productus ratione naturae, ipse esset Filius.
85 Esset autem productus ratione naturae, si natura esset ratio eliciendi spirationem. Consequens falsum est; ergo etc.

Quinto sic. Semper in eodem natura prior est voluntate, aut si in divinis non sunt prior et posterior, primum tamen secundum rationem est natura respectu voluntatis, et voluntas secundum. Quando autem
90 primum et secundum agens in eadem actione concurrunt, semper primum est principale et secundum consequens et annexum. Natura ergo esset principalis ratio eliciendi actum spirationis, si natura esset

- Scarp. 1067^a ratio spirandi cum voluntate, | et voluntas secundaria. Consequens falsum est; ergo etc.
- Sexto arguitur quod natura non potest esse ratio spirandi coassistens et annexa voluntati ut principaliter spiranti tamquam spirans secundario sic. Sicut se habet natura ad productionem Filii, sic et voluntas ad productionem Spiritus Sancti. Ergo permutatim sicut voluntas ad productionem Filii, sic natura ad productionem Spiritus Sancti. Sed voluntas non sic est assistens productioni Filii ut sit aliquo modo ratio eliciendi actum quo producat, quare neque natura est assistens in productione Spiritus Sancti ut dicatur ratio producendi ipsum.
- Septimo arguitur quod natura neutrius productionis sit ratio eliciendi, sed quod voluntas sit ratio utriusque. Dicit enim RICARDUS VI^o De Trinitate cap.^o 17^o: «*Ingenitum velle habere de se conformem atque condignum, idem mihi videtur quod gignere Filium, tam genitum quam ingenitum velle habere condilectum, idem mihi videtur quod producere Spiritum Sanctum*». Eius autem quod habetur voluntate, habendi ratio est voluntas, non natura. Ergo | etc.
- Deinde arguebatur quod neutrum eorum est ratio eliciendi spirationis. Primo sic. Ad id quod in divinis habetur ex solis actibus essentialibus non requiritur actus notionalis neque ratio elicitive ipsius. Spiritus Sanctus in divinis habetur ex solis actibus essentialibus. Spiratio autem est actus notionalis. Ergo ad hoc quod Spiritus Sanctus sit in divinis, non requiritur ratio elicitive quae est natura aut voluntas. | Probatio minoris est quia AUGUSTINUS dicit IX^o De Trinitate cap.^o 9^o: «*Qui perfecte novit perfecteque amat iustitiam, iustus est, etsi iam nulla existat secundum eam forinsecus per membra corporis operandi necessitas*», et sic, ut dicit, universaliter est in spiritualibus. Quare, cum Spiritus Sanctus summe spiritus est, ex hoc quod ex Patre et Filio perfecte noscitur et perfecte amatur, iam habetur. Sed illi sunt actus essentialia. Ergo etc.
- Secundo sic. In productione Filii ratio eliciendi actum notionalem, qui est generare, non est nisi notionalis, quia propria est sicut et actus. Sed natura et voluntas in Deo essentialia sunt et non notionalia. Ergo etc. |
- Deinde arguitur quod non possunt ambo simul esse rationes eliciendi eiusdem actus. Primo sic. Impetus et libertas in eadem actione concurrere non possunt, quia sunt contraria. Natura est ratio eliciendi per | impetum, voluntas vero per libertatem. Ergo etc.
- Secundo sic. Sicut se habet ratio eliciendi passive ad id de quo aliquid elicitor, sic ratio eliciendi active ad eum qui elicit. Sed respectu eiusdem actus non possunt esse plures rationes eliciendi passive in eo de quo elicitor, quia plures | personae passive non possunt esse in materia

135 eadem secundum numerum respectu eiusdem formae. Ergo eiusdem
 elicientis non possunt esse plures rationes eliciendi active unius actus.
 Spiratio est unus actus. Natura autem et voluntas sunt plures rationes
 eliciendi. Ergo etc.

140 Tertio sic. Unius naturae non est modus producendi quo aliquid
 de ea producitur nisi unus. Propter quod dicit COMMENTATOR super
 VIII^{um} Physicorum quod mus generatus per propagationem cum
 eo qui est generatus per putrefactionem nec est unus in specie. Quare,
 cum divina natura sit unica et non est nisi unus modus producendi quo
 aliquis producitur ea, quare | nec plures quam una ratio eliciens actus,
 qua de ipsa habet esse productio.

S' 220^a

145 In contrarium arguitur quod ambo simul necessario concurrunt et
 aequaliter, quia sicut in divinis intellectus est natura et naturalis potentia,
 sic et voluntas. | Sed intellectus et natura simul sunt aequae principaliter
 rationes eliciendi in actu intellectus. Ergo et in actu voluntatis.

B" 79^{va}

150 Ultimo arguitur quod voluntas nullius ut termini suae actionis est
 productiva in quocumque fuerit, quia motus sive actio voluntatis supponit
 | terminum in quem movetur ut amatum, in quem terminatur suus
 motus et sua actio. Quod autem supponit terminum suae actionis, nullo
 modo producit illum. Ergo etc. |

E' 107^{vb}Bad. 153^{vn}

<SOLUTIO>

155 Dicendum quod, secundum superius determinata in quaestionibus
 de divinis emanationibus, natura et voluntas sunt duae rationes principa-
 les emanandi sive producendi, tam in divinis quam in creaturis, ad quas
 omnes aliae quae sunt habent reduci, et ubi habent esse perfectius,
 perfectius producunt. Quare, cum perfectissime habent esse in Deo
 160 sicut et cetera quae sunt in ipso, igitur secundum utramque in divinis
 oportet quod | sit perfectissima emanatio sive productio, et diversae
 sive distinctae sicut et ipsa inter se diversa sunt et distincta; sic tamen
 quod sicut in radice non separantur, nec in suis productionibus, ut
 scilicet necessarium sit quod in ambabus divinis emanationibus ambo,
 165 scilicet natura et voluntas, quoquo modo concurrant. |

K" 105^{va}Bad. 153^{vo}

Sed cum in Deo natura consideratur uno modo ut simpliciter
 natura est, alio modo ut quasi ratione aliqua determinata, scilicet ut est
 intellectus sive intellectiva, sciendum quod dupliciter potest intelligi
 quod natura et voluntas in duabus emanationibus concurrunt. Uno
 170 scilicet modo considerando naturam ut natura est et ratio eliciendi
 actum naturalem; et | alio modo considerando naturam ut intellectus

Scarp. 1068a

	est. Dico 'ut intellectus', ut scilicet intellectus est ratio agendi modo intellectus simpliciter, non modo intellectus ut est natura. Consimiliter enim distinguitur intellectus quod uno modo consideratur ut est intellectus simpliciter, alio modo ut est natura et ratio eliciendi actum naturalem. Non sic autem distingo ex parte voluntatis, quia non consideratur ut natura quae est ratio eliciendi actum naturalem, quia illa natura excludit libertatem, ut iam patebit.	175
Bad. 154 ^o		
Bad. 154 ^p	Supposita ergo dicta distinctione ex parte naturae et intellectus, dico quod quidquid procedit in divinis a voluntate intelligitur ab intellectu simpliciter ut est intellectus, et e converso quidquid in divinis procedit a natura ut natura est simpliciter vel ut est natura intellectualis, vel, quod idem est, ab intellectu ut est natura amatur a voluntate et complacet voluntati in eo quod sic emanat ab intellectu naturali, ut sic voluntas sit annexa et assistens emanationi intellectus et e converso, super quo nulla est dubitatio. Hinc dicit AUGUSTINUS IX ^o De Trinitate cap. ^o 10 ^o : « <i>Cum mens se novit et amat, iungitur ei amore verbum eius. Et quoniam amat notitiam et novit amorem, et verbum in amore est et amor in verbo et utrumque in amante atque dicente</i> ». Unde sicut « <i>verbum amore concipitur</i> », ut dicit ibidem cap. ^o 7 ^o , sic et Spiritus Sanctus notitia procedit, praeter hoc quod verbum non concipitur nisi amore essentiali annexo sive assistente. Spiritus Sanctus autem procedit notitia assistente sive annexa, tam essentiali Patri et Filio quam non essentiali sed notionali quae est ipsum Verbum. De isto autem modo naturae, ut ipsa est intellectus et ratio agendi modo intellectus simpliciter, non est difficultas quaestionis propositae, an scilicet natura cum voluntate est ratio eliciendi communem spirationem activam, quoniam natura, ut est intellectus iam dicto modo, non concurrat cum voluntate in spiratione activa sicut ratio eliciendi, sicut nec e converso voluntas cum natura in generatione. Sed ambo hic mutuo concurrunt, non ut rationes eliciendi, videlicet voluntas cum natura in generatione et natura cum voluntate in spiratione, sed solum ut rationes annexae in assistendo et non in coagendo, et sicut ratio sine qua non elicit eliciens.	180
I' 301 ^b		
B" 79 ^b		185
Q 75 ^b		190
		195
K" 105 ^b		200
Bad. 154 ^o		
	Unde quod RICARDUS VI ^o De Trinitate cap. ^o 3 ^o videtur ponere rationem productionis Filii in sola voluntate Patris cum dicit: « <i>Si in solo volendo non poterit obtinere quod voluerit, quomodo quaeso veraciter omnipotens dici poterit? Erit itaque ei de se et consubstantialem et conformem producere ratione exigente, id ipsum immobiliter velle. Hoc proculdubio erit ei prolem producere in eo ipso sibi per omnia complacere</i> » et cap. ^o 5 ^o : « <i>Invenimus quod id fit innascibili de se prolem producere exigente ratione id ipsum velle</i> ». In hoc dicto suo RICARDUS absque dubio nimium attribuendo voluntati excedit. Non enim est contra omnipotentiam Patris si non ex solo velle poterit	205
Scarp. 1068 ^b		210
S' 220 ^b		

215 generare, quia hoc non est ex voluntatis condicione. Sed difficultas
 quaestionis est de modo naturae ut est natura aut ut est intellectus agens
 modo naturae et ut ipse intellectus est natura, an scilicet sit ratio eli-
 220 ciendi spirationem cum | voluntate. Etenim licet voluntati necessario
 complacet in naturaliter producto per intellectum et in emanatione
 ipsius, et etiam intellectus cognoscit productum a voluntate et emana-
 tionem ipsius, ut iam dictum est. Hoc nullam rationem eliciendi ponit in
 voluntate circa productum ab intellectu, nec e converso. Nec est dubita-
 225 tio talis de voluntate utrum concurrat cum natura et intellectu in actu
 generationis ut ratio eliciendi, sicut est de natura utrum concurrat cum
 voluntate in actu spirationis ut ratio eliciendi. Circa enim productionem
 generationis, quae est solius Patris actio, clarum est [enim] quod nullo
 modo voluntas est ratio eliciendi illam, quoniam ratio eliciendi actum
 notionalem aut est quid notionale aut essenziale determinatum ad actum
 notionalem per proprietatem notionalem, et sic essenziale contractum
 quodammodo ad notionale, secundum quod haec patent ex supra
 230 determinatis. In voluntate autem nec est nec esse potest aliquid no-
 tionale aut contractum ad ipsum quod soli Patri conveniat, | qui solus
 generat, quia quidquid est in divinis ex parte voluntatis a Patre commu-
 nicatur Filio per generationem, eo quod ipse Filius generatur actione
 intellectus. Et ordine | quodam naturali ea quae sunt ex parte intellectus
 235 notionalia, prima sunt respectu eorum quae sunt ex parte voluntatis, ut
 inferius declarabitur; producto autem per primum necessario communi-
 catur id quod est secundum. |

Circa productionem autem quae est spiratio non est clarum | ex
 parte intellectus et naturae sive intellectus ut est natura, an scilicet ex
 parte eius sit aliqua ratio elicitive spirationis, quia non est inconueniens
 240 ex parte naturae et intellectus quod notionale vel contractum ad ipsum
 sit commune Patri et Filio respectu actus spirationis, quia producto per
 primam productionem necessario communicatur omnis vis elicitive
 secundae productionis. Dico quod quoad hoc non est inconueniens, sed
 aliud est propter quod est inconueniens et impossibile, scilicet quod
 245 libertas non | concurrat cum natura secundo modo dicta, ut iam videbi-
 tur. Nec adhuc est tanta dubitatio an intellectus, ut est intellectus,
 concurrat ut ratio eliciens spirationem cum voluntate, sicut est de natura
 ut est natura, quia licet voluntas in quantum voluntas cum agit actum
 sibi proprium supponit actum intellectus ut est intellectus quem habet
 250 sibi annexum, ut dictum | est, non tamen ex se prosequitur actum suum
 intellectualiter. Hoc enim certum est eo quod voluntas ex se cognitio-
 nem non habet. Certum tamen non est an prosequatur aliquem actum
 suum naturaliter aut non, immo voluntas in nobis actum suum circa

B" 80^aI' 301^{va}E' 108^{ra}Q 76^{ra}
Bad. 154^{1R}
K" 106^{ra}Scarp. 1069^aB" 80^{tb}

finem prosequitur naturaliter in volendo ipsum, ut dictum est saepius in quaestionibus De Quolibet. Non restat igitur dubitatio nisi utrum in eliciendo actum spirationis a voluntate, etiam ratio eliciendi modo aliquo sit natura sive ex parte intellectus sive ex parte voluntatis. |

Bad. 154^sBad. 154^s

Quod autem negare non possumus quin quoquo modo natura ut natura concurrat cum voluntate in eliciendo actum spirationis. Quod patet ex eo quod RICARDUS VI^o De Trinitate determinat utramque processionem esse modo naturae; sed illam quae est Filii principaliter esse modo naturae sive secundum principalem modum naturae, quia est immediata et prima ordine naturae. Dicit enim ibi cap.^o 1^o: «*In divina natura nihil potest esse ex operante gratia, sed totum iuxta proprietatem exigentis naturae*» et cap.^o 2^o: «*Processio illa personae quae est inter parentem et prolem de persona usquequaque immediata et est secundum principalem procedendi ordinem et secundum naturae operationem*». Illam vero quae est Spiritus Sancti, quia non est usquequaque immediata, dicit esse non secundum principalem modum procedendi, tamen «*secundum naturae operationem*» cap.^o 16^o in fine, ut iam videbitur. Et hoc ideo quia etsi sit immediata a Patre, tamen uniformis non est cum illa quae est Filii. Illa enim est immediata et tantum immediata a solo Patre, et ita prima. Illa vero, etsi sit immediata, non tamen a solo Patre, et ideo ab ipsa mediate et immediate, et ita secunda. «*Si enim*», ut dicit cap.^o 17^o, «*utraque uniformis esset, <una> secundum ordinem naturae, altera principalior non esset*». Idem etiam patet ex dicto HILARII quod statim sequitur annexo dicto MAGISTRI Sententiarum, quod etiam clarum est. Ex hoc dicitur Spiritus Sanctus «*naturalis spiritus Patris et Filii*», sicut et filius dicitur naturalis filius patris. Et de natura eadem spiratur Spiritus Sanctus de qua generatur Filius, quod non posset contingere nisi Spiritus Sanctus naturaliter aliquo modo procederet. |

Bad. 154^vScarp. 1069^bS^o 220^{va}B^o 80^{va}K 106^{tb}I^o 301^{vb}Q 76^{tb}

Ad quorum intellectum et ad clariorem solutionem argumentorum super inductorum sciendum est quod natura in divinis quadrupliciter dicitur. Uno modo appellatur natura ipsa divina essentia in qua tres personae consistunt | et dicitur pure essentialiter. Secundo modo dicitur natura principium activum naturale, | et sic natura est vis productiva similis ex simili, et sic potentia generandi active est natura, et sic est essenziale contractum | ad notionale, quia est ipsa natura dicta modo primo. Natura enim quae est ipsa divina essentia, ut est sub proprietate paterna determinata ad actum | generandi, est potentia generandi active in solo Patre existens, ut patet ex supra determinatis. Duos istos modos naturae tangit HILARIUS V^o De Trinitate cap.^o 17^o, dicens de Filio: «*Ex virtute naturae in eandem naturam nativitate subsistit Filius*». «*Ex virtute naturae*», ecce secundus modus. «*In eandem naturam nativitate subsistit*», ecce

295 primus modus. Tertio modo dicitur natura quaelibet vis naturaliter
 existens in natura primo modo, etiam etsi sit libera illa vis. Et sic volun-
 tas in Deo dicitur natura, quia scilicet est naturalis potentia existens
 naturaliter in divina natura. Quarto modo dicitur natura incommutabilis
 300 necessitas circa aliquem actum. Et istos duos modos exprimere possu-
 mus alludendo verbis HILARII dictis de generatione Filii circa processio-
 nem Spiritus Sancti sic dicendo: Spiritus Sanctus «*ex virtute voluntatis*
naturalis» – ecce tertius modus – in processione subsistit. Unde post
 dicta verba HILARII «*Ex virtute naturae in eandem naturam nativitate subsistit*
 Filius» immediate subiungit MAGISTER Sententiarum de suo,
 305 distinctione 17^a cap.^o '*Aliquid breviter*': «*Et ex virtute naturae in naturam*
eandem processione subsistit Spiritus Sanctus». Ut hic dicamus Spiritum
 Sanctum subsistere in eandem naturam in qua subsistit et Filius, et hoc
 virtute naturae primo modo dictae, quae natura est ipsa divina essentia
 et cuius virtus est eius potentia, licet gemina, qua de ipsa subiective
 310 potest generari Filius et spirari Spiritus Sanctus. In eandem enim natu-
 ram subsistit Filius generatione et Spiritus Sanctus spiratione, et hoc
 subiective, non elicitive. Et hoc non ex eadem virtute, quia ex alia
 virtute quasi passiva de divina natura potest generari Filius et alia spirari
 Spiritus Sanctus, sicut | ex alia virtute naturae activa Pater potest
 315 generare Filium et ex alia Pater et Filius possunt spirare Spiritum
 Sanctum. Unde HILARIUS nihil ibi declarat nisi quomodo Pater, Filius et
 Spiritus Sanctus eiusdem naturae sunt. Unde ante dicta verba praemittit:
 «*Perfectum fidei sacramentum est, Deum ex Deo et Deum in Deo confiteri potestate*
naturae». Et post dicta verba subiungit: | «*Nativitas igitur Dei non potest non*
 320 *eam ex qua profecta est tenere | naturam. Neque enim aliud quam Deus subsistit,*
quod non aliunde quam ex Deo subsistit». Et secundum hunc modum dictum
 illud exponit MAGISTER in Sententiis quasi ultima clausula fuisset
 HILARII et forte invenit eam in libro quem vidit. Ex quo modo naturae,
 scilicet primo modo, consequitur quartus modus naturae. |
 325 Loquendo igitur de natura primo modo dico quod concurrat ad
 actum spirationis cum voluntate, non autem elicitive sed subiective
 tantum. Sicut enim generatur Filius de divina natura ut est Patris, sic
 Spiritus Sanctus spiratur de natura divina ut est Patris et Filii, secundum
 modum infra exponendum. Loquendo vero de secundo modo naturae
 330 dico simpliciter quod natura solummodo est principium elicendi actus
 generationis Filii, et nullo modo communis spirationis cum voluntate.
 Loquendo vero de tertio modo naturae sic dico quod natura concurrat
 ad actum spirationis, quia voluntas, quae est vis elicitive spirationis, | est
 ipsa natura isto tertio modo dicta, sed ut natura solummodo habet
 335 ordinem ad subiectum suum sive fundamentum. Ad actum autem

E' 108^{rb}

B" 80^{vb}

Scarp. 1070^a

Bad. 154^{vv}

K" 106^{va}

Bad. 155 ^v I' 302 ^a Bad. 155 ^x	spirandi ordinem habet non ut est natura naturaliter agens, sed ut est libera liberaliter agens. Loquendo autem de quarto modo naturae sic dico quod natura concurrat ad actum spirationis cum voluntate, quia voluntas elicit ipsum incommutabili necessitate, qua etiam terminatur et tendit in Spiritum Sanctum.	340
Q 76 ^a	Ad cuius intellectum, et ut clarius videamus differentiam inter generationem et spirationem, sciendum est quod tam intellectus quam voluntas in quocumque habent esse propter separationem illius a materia, postquam habuerint esse in suo actu primo simplicis intelligentiae aut volitionis naturae, sunt conversivae super se et super actus suos simplices et eorum obiecta per actus conversivos intelligendi et volendi, quia intellectus non solum intelligit verum simplici intelligentia, sed etiam intelligentia conversiva, intelligendo se esse intelligere et convertendo se super obiectum intellectum et super actum intelligendi simplicem et super se intelligentem per actum intelligendi conversivum; similiter voluntas non solum vult bonum simplici volitione, sed etiam volitione conversiva volendo se velle, convertendo se super obiectum volitum et super actum volendi simplicem et super se volentem per actum volendi conversivum. Sed ista conversio partim uno et eodem modo convenit intellectui et voluntati, partim alio et alio. Quod enim ambo se convertunt ut sunt purae et nudaee et solae potentiae, ut iam patebit, hoc est uno et eodem modo quantum est ex parte ipsorum se convertentium. Ambo enim se solos convertunt vi sua activa quae aequaliter eis convenit sed alio et alio modo quantum est ex parte eorum ad quae se convertunt. Intellectus enim postquam est conversus ad illa ad quae conversus est, se habet ut potentiale quoddam et purum possibile, et ut intellectus purus et nudus natus recipere ab illis tamquam proprium passivum a suo proprio activo naturali, quod est idem intellectus informatus notitia simplici, informationem notitiae declarativae, secundum quod supra expositum est, tam in emanatione verbi nostri quam divini; voluntas vero postquam conversa est ad illa ad quae conversa est, se habet ut activum quoddam et ut voluntas pura et nuda nata exprimere de illis tamquam proprium activum de suo proprio passivo, cuiusmodi est eadem voluntas informata amore simplici, quendam amorem incentivum, qui est Spiritus Sanctus in divinis, qui habet esse a producentibus ipsum non per informationem eius de quo est subiective sive per aliquam impressionem factam eidem secundum modum quo Filius sive Verbum procedit a Patre per quandam quasi impressionem et informationem in intellectu paterno converso et sic sicut notitia declarativa de notitia simplici, sed per quasi quandam excussionem sive expulsionem aut progressum, aut magis proprie loquendo per quandam expres-	345 350 355 360 365 370 375
B" 81 ^a Scarp. 1070 ^b		
S' 220 ^b		

380 sionem producti de eo de quo subiective producitur, et hoc ad modum quo spiritus corporalis qui est aer, si in nobis non attraheretur ad pulmonem per inspirationem sed aliqua virtute existente in ipso pulmone, excuteretur per expirationem de pulmone, et per hoc daret ei esse. Et est quodammodo simile, praeter hoc quod spiritus corporalis qui est aer spiratus tali spiratione separatur a spirante et ab eo de quo spiratur, non sic autem Spiritus Sanctus.

385 Unde RICARDUS VI^o De Trinitate, exponens in quo sit simile, dicit sic cap.^o 9^o: «*Quod in Scripturis divinis 'spiritus Dei' vel 'Spiritus Sanctus' dicitur, penitus praeter similitudinis rationem | non fuit. Dicitur enim spiritus qui ab homine procedit et sine quo homo omnino non vivit*», a quo habet nomen 'spiritus divinus', | sed per similitudinem. «*Fortē tamen alicui haec praenuntiatio nimis peregrina videbitur*», sed ad aliquam proprietatis suae similitudinem refertur. «*Nonne magister veritatis Spiritum Sanctum divinum esse spiramen per similitudinem docuit, quando discipulis insufflavit | et dixit: "Accipite Spiritum Sanctum"?*» Quod intelligo acsi aperte | diceret: quemadmodum ego insufflando | vobis corporaliter | Spiritum Sanctum do vobis, qui quidem flatus corporalis spiramine corporali a me procedit, 395 sic Spiritus Sanctus a me spiramine quodam sicut flatus spiritualis spiritualiter procedit. Unde AUGUSTINUS libro III^o Contra Maximum: «*Nisi procederet de ipso non diceret discipulis: Accipite Spiritum Sanctum, eumque insufflando daret, ut a se quoque procedere significans aperte ostenderet quod spirando dabat occulte*». Et loquitur ibi AUGUSTINUS ad 400 litteram de differentia inter generationem et spirationem. Ante enim verba iam dicta praemisit dicens: «*Quaeris a me si de substantia Patris est Filius, de substantia Patris est Spiritus Sanctus, cur unus Filius sit. Ecce respondeo, sive capias sive non capias: de Patre est Filius, de Patre est Spiritus Sanctus, sed ille genitus, ille procedens. Ideo ille Filius Patris est de quo est genitus, iste Spiritus utriusque quoniam de utroque procedit, nam nisi procederet de ipso etc.*», ut supra, 405 et sequitur post verba dicta: «*Quid autem inter nasci et procedere intersit, explicare quis potest? Distinguere autem inter illam generationem et hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio*». Quanto ergo multo fortius nec nos valemus! Fecimus tamen quod potuimus. | Processionem autem Spiritus 410 Sancti per modum flatus prosequitur RICARDUS ubi supra dicens cap.^o 10^o: «*Quid enim spiritus ille qui de corde humano in aliis levius, in aliis vehementius spirat, in his tepidius, in illis ardentius flagrat, nisi intimus animi affectus et aestuantis amoris impulsus? Hinc est quod illi dicuntur unum spiritum habere qui idem amant, idem affectant et pari voto desiderant. Ad huius itaque spiritus 415 similitudinem qui procedit et spirat de multorum cordibus, dictus | est spiritus | ille qui in Trinitate personarum procedit ex ambobus*». Intelligo autem hanc similitudinem hoc modo quod sicut in hominibus qui idem affectant,

B" 81^{rb}

K" 106^{vb}

l' 302^{rb}

Scarp. 1071^a

E' 108^{va}

Q 76^{vb}

Bad. 155^{vY}

Bad. 155^{vY}

B" 81^{va}

S' 221 ^a	affectus quidam aestuans et flagrans tendit ad id quod affectant et diligunt, et hoc de amore qui in illis est et ad illud, et agente illorum voluntate concordi, sic et in Patre et Filio a voluntate concordi quae est in illis de amore simplici et essentiali quem habent ad se procedit Spiritus Sanctus in alterutrum, ita quod voluntas idem diligens in hominibus comparetur concordi voluntati in Patre et Filio, affectus flagrans comparetur Spiritui Sancto, amor de quo flagrat comparetur amor simplici Patris et Filii, id a quo ille processit ad quod flagrat, quod affectant et diligunt, comparetur Patri in quantum Spiritus Sanctus procedit a Filio in ipsum et e converso vel ab ipsis in creaturam, affectus quo procedit de voluntate principiative et de amore in illo subiective comparetur actui spirationis de simplici amore Patris et Filii. Principiative autem tam in hominibus quam in Patre et Filio a voluntate eorum tendente in bonum volitum simplici amore excutiendo spiritum ut incentivum amorem tendentem in alterutrum et generaliter in omne dilectum ab eis, qui se habet in Deo ex parte voluntatis ad amorem simplicem, quemadmodum ex parte intellectus notitia declarativa, quae Verbum est, se habet ad simplicem notitiam, in hoc videlicet quod sicut secundum superius exposita de Verbo, quod cognitum simpliciter notitia simplici declarative cognoscitur notitia declarativa procedente, quae Verbum est in divinis, sic amatum simpliciter amore simplici intensive amatur amore incentivo procedente, qui est Spiritus Sanctus in divinis, secundum quod haec amplius infra patebunt. Et sicut hic intellectus simplici notitia informatus ut natura secundo modo dicta et principium agens elicativum elicit quasi imprimendo in nudo intellectu converso et de ipso notitiam declarativam immutabili necessitate, ut natura quarto modo dicta non sit nisi condicio et modus circa actum elicivum, sic per simile in contrarium ibi voluntas nuda ut libera et principium elicativum elicit quasi exprimendo de voluntate informata amore simplici, ad quam est conversa, amorem incentivum qui 'Spiritus Sanctus' dicitur, et hoc immutabili necessitate ut natura quarto modo dicta non sit nisi condicio et modus circa actum elicivum, ut sic sola voluntas sit ratio elicitiva actus, et natura quarto modo dicta non sit nisi sicut condicio et modus circa actum elicivum. In quo plane patet quomodo differenter voluntas se habet ad spirationem et natura. Est enim voluntas sic ratio eliciendi quod sit ratio qua media eliciens elicit, natura autem solum est condicio et modus circa actum elicivum, nullo autem modo ratio elicitiva. Et sic generatio et spiratio differunt omnino secundum rationes elicivas, quia in generatione est ratio eliciendi natura secundo modo, in spiratione autem voluntas. Conveniunt autem secundum condiciones et modos eliciendi, quia utrobique modus eliciendi est	420
Scarp. 1071 ^b		425
		430
		435
K" 107 ^a		440
Q 77 ^a		
I' 302 ^{va}		
B" 81 ^{vb}		445
		450
		455

- 460 natura quarto modo secundum quam ambae emanationes possunt dici
modo naturae, et hoc in eliciendo ipsum et in progressu et in termina-
tione eius in obiectum. | Bad. 155^{vz}
- 465 Quia tamen ista necessitas incommutabilitatis quae est natura
quarto modo in generatione est annexa principio elicitive quae est
natura secundo modo ex eo quod est simpliciter natura secundo modo
dicta, in spiratione autem principio elicitive quod est voluntas non est
annexa incommutabilis necessitas ex eo quod est voluntas simpliciter,
sed solummodo ex eo quod actio voluntatis | divinae in spirando est Scarp. 1072^a
circa obiectum summe diligibile a quo, cum cognitum est, nulla voluntas
neque creata neque increata potest se divertere, ut infra dicitur (est enim
470 alia ratione talis necessitas propter naturaliter esse quam habet voluntas
ex hoc | quod est in natura divina, ut iam infra dicitur), idcirco bene
dicitur quod generatio est productio secundum principaliores modum
naturae, quia principalior naturae modus, quomodo natura secundo
modo dicta actum elicit et natura quarto modo actum determinat, quod
475 contingit in generatione, quam quando tantum determinat et non elicit,
quod contingit in spiratione secundum praedicta. Est etiam generatio
secundum principalem ordinem naturae, quia ordo primus est inter
Patrem et Filium, secundus vero ordo naturae est inter Patrem cum
Filio ad Spiritum Sanctum. | Bad. 155^{va}
- 480 RICARDUS tamen VI^o De Trinitate videtur ponere quod
Spiritus Sanctus | procedit modo naturae secundo modo dictae, vo-
cando utramque productionem 'generationem', quod tamen specialiter
secundum illam generationem qua aliquis immediate procedit ab uno
tantum, sumuntur illa nomina germanitatis Pater et Filius, et quod
485 propterea Spiritus Sanctus, licet generetur, non tamen possit dici Filius.
In 16^o enim cap.^o dicit sic: «*Nomen geniti quandoque strictius, | quandoque
largius accipimus. Non enim omnibus quae gignere vel gigni dicimus, eadem secun-
dum usum loquendi germanitatis vocabula attribuimus. | Cum homo hominem
gignit, hunc parentem, illum prolem norma loquendi dicere consuevit. Arbor ramum
gignere dicitur, nec tamen arbor parens, nec ramus proles illius nominatur*». Et
490 infra: «*Generatio autem quando large accipitur, nihil aliud videtur esse quam
productio existentis de existente secundum naturae operationem. Quaedam autem
naturalis productio praedicta germanitatis nomina suscipit, quaedam | omnino non
suscepit. Quoniam igitur | Spiritus Sancti productio talis non est ut debeat dici
495 filius, merito non dicitur genitus. Sed quia eius processio secundum naturae produc-
tionem est, non debuit dici ingenus, ne in hoc naturalem originem habuisse negetur.
Rationabiliter genitus non dicitur ne qui non est filius, filius esse credatur*». Item,
cap.^o 18^o: «*Generationis significationem modo extendimus, modo restringimus.
Quod autem in hoc dictum est de generatione, idem | dicimus et de processione.* I' 302^{vb}

E' 108^{vb}

B" 82^{ra}

K" 107^{rb}

S' 221^{rb}

Q 77^{rb}

Bad. 156^{ra}

	<i>Quod enim dicimus procedere, non ubique solemus uniformiter accipere. Quantum ad</i>	500
	<i>generalem autem acceptionem, idem videtur esse gigni quod existens de existente</i>	
	<i>secundum naturalem operationem produci. Secundum hanc acceptionem solus Pater</i>	
	<i>ingenitus dicitur, Spiritus Sanctus ingenitus esse negatur». Ecce quod innuit</i>	
Scarp. 1072 ^b	quod secundum hanc acceptionem Spiritus Sanctus potest dici geni-	
	tus, sed non dicitur ne filius esse credatur. Sed si ita esset, non distingue-	505
	retur spiratio a generatione nisi sicut unus modus generandi ab alio,	
	secundum quod videtur dicere cap. ^o 16 ^o : « <i>Alius est modus procedendi filii de</i>	
	<i>patre suo, alius nepotis ab avo suo, alius pronepotis ab atavo suo. Inter quos»,</i>	
	ut continuo subdit, « <i>constat locum primum et principaliorem esse illum qui est</i>	510
	<i>filii a patre. Ex generatione procedere idem videtur quod in procedendo principalem</i>	
	<i>procedendi modum habere. Sine generatione procedere idem videtur esse in proce-</i>	
B ⁿ 82 ^{vb}	<i>dedendo principalem procedendi modum omnino non habere». Et sic Spiritus</i>	
	Sanctus procederet per generationem a Patre sicut nepos ab avo, in	
	quantum procedit a Patre mediante Filio, et quoad hoc non secundum	
	principalem modum naturae et generationis. Nihilominus tamen, in	515
	quantum immediate procedat a Patre, supponendo tamen generationem	
	Filii, procederet vere per generationem sicut filius secundo genitus ab	
	homine, esto tamen quod non posset generari ab illo nisi altero prius	
	genito, et esset distinctio divinarum productionum in solo modo proce-	
	dendi primo vel secundo, mediate vel immediate, nullo autem modo ex	520
	parte radicis et virtutis elicivae.	
	In quo mihi videtur RICARDUM valde inconvenienter sensisse, si	
K ⁿ 107 ^{va}	sic sensit. Propter quod non mihi videtur in hoc aliquatenus sustinen-	
	endus nisi exponendo ipsum quod intelligat operationem naturae a natura	
	quarto modo dicta quando operatio est secundum incommutabilem	525
	necessitatem, ut secundum hoc generatio large accepta nihil aliud sit	
	quam productio existentis de existente secundum naturae operationem,	
	in quo conveniunt generatio et spiratio, ut dictum est. Et praeter hoc	
	generatio stricte accepta sit illa in qua principium elicitivum est natura	
	secundo modo accepta, quae omnino differt a spiratione; nec spiratio	530
	ullo modo potest dici generatio talis, ut patet ex praedictis. Et secundum	
	hoc Spiritus Sanctus ingenitus non dicitur, non ne negetur naturalem	
	originem habuisse, non ne bene negetur naturalem originem, scilicet ex	
	principio elicitivo quod est natura, habuisse secundum praedicta; sed	
	ingenitus non dicitur, ne negetur omnino originem habuisse, ut patet ex	535
Bad. 156 ^{fb}	supra determinatis de ingenito.	
	Unde ex iam dictis elicienda est vera differentia inter dictas duas	
	emanationes, super qua AUGUSTINUS movet quaestionem IX ^o De	
	Trinitate cap. ^o 12 ^o dicens: « <i>Cur mens notitiam suam gignit cum se novit, et</i>	
	<i>amorem suum non gignit cum se amat? Nam si propterea notionis suae causa est,</i>	540

	<i>quia noscibilis est, amoris etiam sui causa est quia amabilis est. Cur itaque non utrumque gignit difficile est dicere. Haec autem quaestio de summa Trinitate solet movere homines cur non Spiritus quoque Sanctus a Patre Deo genitus creditur, ut Filius etiam et ipse dicatur». Et infra: «Quod ergo cognoscit se, prolem sibi notitiam gignit. Quid ergo de amore dicendum est? Cur non etiam cum se amat ipsum quoque amorem suum genuisse videatur?» Et respondet ibidem, licet non sufficienter, ut arbitror, quia inferius responsionem complet, ut iam videbitur. Respondet ergo subdens: «Sed non ideo recte dicitur genitus ab eo sicut notitia sua qua se novit, quia quod notitia iam inventum est, partum vel</i>	Scarp. 1073 ^a Q 77 ^{va}
545	<i>reperitum dicitur. Quae autem reperiuntur quasi pariuntur, unde proli similia sunt. Ubi nisi in ipsa notitia? Ibi enim quasi expressa formantur». Sed cum, ut dicit libro X^o cap.^o 7^o, «invenire est in id quod quaeritur venire, propterea quae quasi ultro in mentem veniunt, non usitate dicuntur inventa quamvis cognita dici possunt, quia non in ea quaerendo tendebamus ut in ea veniremus». Et, ut dicit libro</i>	B" 82 ^{va} I' 303 ^{ra} E' 109 ^{ra}
550	<i>IX^o cap.^o iam dicto scilicet 12^o: «Saepe praecedit inquisitio eo fine quietatur. Nam inquisitio est appetitus inveniendi, quod idem valet si dicas reperiendi». Et, ut dicitur in eodem cap.^o 9^o: «et inardescit atque aegrotat animus indigentia donec ad ea perveniat et quasi pariat. Unde eleganter in Latina lingua parta dicuntur et 'reperita' atque 'comperta', quae verba quasi a partu ducta resonant».</i>	S' 221 ^{va} K" 107 ^{vb}
555	Clarum est et manifestum quod secundum hunc modum in divinis non potest dici quod notitia sit genita potius quam amor, quia ipsa, scilicet notitia in divinis, non habetur per inquisitionem et appetitum inveniendi quod quaeritur ut in eo appetitus quiescat, sed ultro venit in mentem, quia naturaliter secundum praedicta. Unde secundum illum	
560	modum appellare notitiam partum et prolem non habet locum nisi in verbo nostro, ubi aliquid est cognoscibile priusquam cognitum. Nam, ut dicit in praedicto cap. ^o 12 ^o , «etsi iam erant res quas quaerendo invenimus, notitia tamen ipsa non erat, quam sicut prolem nascentem deputamus. Nam appetitus ille qui est in quaerendo procedit a quaerente et pendet, nec requiescit nisi id	Bad. 156 ^{vb}
565	quod quaeritur inventum quaerenti copuletur». Unde in talibus, secundum quod sequitur, «partum mentis antecedit appetitus quidam quo idem quod nosse volumus quaerendo et inveniando nascatur proles ipsa notitia». Et manifestum est quod tale quid in partu divinae notitiae quae Verbum est poni non potest, nec hoc modo cum generatione divina concurret cum natura	B" 82 ^{vb}
570	voluntas sive appetitus, sed solum modo praedeterminato. Propter quod AUGUSTINUS, videns quod non satisfacit quaestioni per illa quibus respondit ad eam in libro XI ^o , resumit eandem et insinuat eiusdem difficultatem libro XV ^o cap. ^o 27 ^o , dicens: «In illa Trinitate difficillimum est generationem a processione distinguere». Et antequam insinuat veram illarum	Scarp. 1073 ^b
575	processionum distinctionem, primo revertitur ad tacta libro IX ^o , quod Spiritus Sanctus non dicitur filius aut genitus ostendendo inconueniens	
580		

esse quod Spiritus Sanctus dicitur genitus aut filius subdens: «*Utrumque etiam illud intelligitur cur non dicatur natus esse sed etiam procedere Spiritus Sanctus, quoniam si et ipse filius diceretur, amborum utique diceretur, quod absurdissimum est*». Et dicit quod hoc debet interim sufficere et «*credi potius quod in sacris litteris de hoc invenitur, quam poscere liquidissimam rationem reddi quae ab humana mente infirma non capitur*» nisi in luce aeterna, secundum quod subditur: «*Attolle oculos ad istam lucem et eos in ea fige si potes. Sic enim videbis quid distat nativitas Verbi Dei a processione doni Dei. Propter quod Filius unigenitus non de Patre | genitum – alioquin frater eius esset – sed procedere dixit Spiritum Sanctum. Unde cum sit communio | quaedam consubstantialis Patris et Filii, amborum Spiritus, non amborum – quod absit – dictus est Filius.*» |

K^m 108^a
Q 77^b
I' 303^b
Bad. 156^c

Unde quia per praedicta non sufficienter distinguit generationem et spirationem, in fine capituli breviter innuit veram distinctionem inter illa ex differentia modorum emanandi secundum principia elicitiva diversa, ut supra determinatum est, dicens: «*Quando quod scimus dicimus, ex illo quod novimus cognitio nostra formatur, fitque in acie cogitantis imago simillima cognitionis eius quam memoria continebat, ista duo scilicet velut parentem et prolem tertia voluntate sive dilectione iungente. Quam quidem voluntatem de cognitione procedere dicimus. Nemo enim vult quod omnino quid vel quale sit nescit, non tamen esse cognitionis imaginem, et ideo quandam in hac re intelligibili nativitatis et processionis insinuari distantiam*». Quae revera plane insinuatur in imagine sua quae est in mente nostra, licet non explicatur in dicto AUGUSTINI. Cum enim dicitur quod | «*ex eo quod novimus cognitio nostra formatur et fit in acie cogitantis imago cognitionis unde formatur*», et licet de nostra cognitione amor procedit, non tamen est imago cognitionis a qua procedit, et similiter cum Deus Pater novit se formaliter intelligentia sua, et fit in acie intelligentiae paternae imago simillima notitiae unde formatur, quae Verbum est, et notitia declarativa, de utraque autem notitia procedit amor qui Spiritus Sanctus est, et tamen notitiae de qua procedit imago non est.

B^m 83^a

Per haec nihil aliud dicitur quam quod secundum praedeterminata investigavimus. Processio enim | Filii, quia habet esse per informationem et impressionem formae eius a quo procedit in id de quo producit, et per hoc procedit modo actionis naturae producentis simile et secundum | rationem assimilantis, idcirco procedens Filius est et imago, character aut figura. Processio autem Spiritus Sancti, quia habet esse per expressionem et expulsionem de illo de quo producit, propter quod non procedit modo actionis naturae elicentis, neque ut simile neque secundum rationem assimilantis, quamquam ipse procedens sit similis, nec est similitudo, imago aut character. | Et per hoc processio una differt ab alia in quinque: et ex parte rationis | elicitivae primo, quia hic

S' 221^b
Scarp. 1074^a

Bad. 156^d
E' 109^b

625 est natura, ibi vero voluntas; et ex parte elicientis secundo, quia hic est
 eliciens intellectus informatus notitia simplici super quam fit | conver-
 sio, ibi voluntas conversa super voluntatem informatam amore simplici;
 et ex parte subiecti de quo tertio, quia hic de intellectu converso nudo,
 ibi vero de amore simplici et informata voluntate per illum; et ex parte
 630 modi eliciendi quarto, quia hic fit per impressionem, ibi per expulsio-
 nem; et ex parte procedentium quinto, quia ille procedit ut imago et
 Filius, iste vero nequaquam. Unde non est distinctio productionum ex
 parte productorum tantum.

K" 108^b

Ex hoc patet quod unus procedit immediate tantum ab uno, et
 alter non tantum ab illo immediate sed etiam ab alio, secundum quod
 declarat RICARDUS VI^o De Trinitate cap.^o 6^o. Hoc enim solum
 635 facit quod una est secundum principaliorum modum naturae quam alia.
 Principalior enim et primus ordo naturae est inter Patrem et Filium, non
 principalis autem et secundarius est inter spirantes et spiratum. | Sed
 non ex hoc solo una esset principalior | causa quam altera, si utrobique
 principium elicitivum esset natura. Cum enim ratio naturae est produ-
 640 cere per impressionem et informationem, et ita per assimilationem, tunc
 non solum | Filius diceretur Filius, imago et similitudo, sed etiam
 Spiritus Sanctus. Non enim ex hoc est Filius quod procedit ex uno |
 solo immediate. Dato enim per impossibile quod Spiritus procederet ex
 solo Patre immediate et aequae primo cum Filio, non tamen Spiritus
 645 Sanctus esset Filius aut imago, cum tamen ex hoc solo ponit Filium esse
 Filium, non autem Spiritum Sanctum esse Filium, cap.^o 16^o. Et cap.^o
 11^o: «Ex hoc solo ponit Filium esse *imaginem* non Spiritum Sanctum, quia
 scilicet *plenitudo* divinitatis sicut a Patre *manat* in alium, *sic et* a Filio». De
 Spiritu Sancto autem in nullum | manat. Secundum haec etiam non
 650 esset Filius perfecta imago et similitudo Patris. Non enim per omnem
 modum manat consimiliter plenitudo divinitatis a Patre et a Filio. A
 Patre manat in ipsum Filium et etiam in Spiritum Sanctum; a Filio
 autem in Spiritum Sanctum tantum et cum hoc a Filio manat in Spiritum
 Sanctum immediate | tantum; a Patre autem et immediate et mediate, et
 655 iterum quod a Patre manat, hoc a se habet et non ab alio; quod vero
 manat a Filio, hoc non habet Filius a se sed ab alio. |

Bad. 156^{vE}

B" 83^b

Q 78^a

I' 303^a

Bad. 157^{fE}

Scarp. 1074^b

Bad. 157^{fF}

<AD ARGUMENTA>

660 Ad illud ergo quod arguitur primo quod «*actionis quae est in aliquid
 ad producendum de illo simile in forma producenti, principium est natura non
 voluntas etc.*», dicendum quod tam spiratio quae est modo voluntatis

	quam generatio quae est modo naturae secundum praedicta est productio alicuius de aliquo ut de subiecto et similis producenti; sed aliter in spiratione, aliter vero in generatione. De aliquo enim aliquid simile in forma producitur non solum imprimendo quod fit in generatione modo	
K" 108 ^{va}	naturae, ubi illud de quo se habet in ratione subiecti in quod aliquid recipitur et respectu agentis et respectu eius quod habet esse de illo, quia Filius est Verbum impressum menti paternae, sed etiam exprimendo quod fit in spiratione modo voluntatis, ubi illud de quo se habet in ratione subiecti in quod aliquid recipitur respectu agentis ut eius actio sive actus productionis eius, sed non respectu eius qui de ipso exprimitur, quia Spiritus Sanctus est amor expressus de amore essentiali existente in voluntate Patris et Filii secundum praeexpositum modum. Et potest assignari simile de forma impressa et expressa. Si enim pellis tenuis, mollis et receptibilis impressionis applicetur undique faciei hominis, et quoad superficiem interiorem et quoad superficiem	665
B" 83 ^{va}	exteriorem, et statim remota indurescat, retineat figuram faciei et interius et exterius, sicut dicitur retinuisse Veronica faciei Christi applicata figura sive forma faciei in interiori superficie, scilicet concava illius pellis, esset impressa in pelle, illa vero quae esset in exteriori superficie, scilicet convexa, esset expressa de pelle.	670
S' 222 ^a	Unde super illud Psalmi 77: « <i>Ut excludant eos qui probati sunt argento</i> », dicit AUGUSTINUS: « <i>Excluduntur, dictum est, appareant emineant. Unde et in arte argentaria exclusores dicuntur qui de confusione massae noverunt formam vasis exprimere</i> », secundum quod hoc patet in scyphis Turonis factis. Utrum autem in Filio sit aliqua similitudo sibi ratione qua solus est imago, ut secundum hoc proprium sit ei produci ut simile, sermo erit inferius. Unde quod dicit AUGUSTINUS IX ^o De Trinitate cap. ^o 12 ^o : « <i>Quod proles in notitia expressa formatur</i> », ut habitum est iam supra ubi sumit expressionem pro perfecta ratione assimilationis ipsius producti ad producentem. Hic autem accepimus expressionem pro modo producendi de aliquo ipsum productum quo Spiritus Sanctus producitur, non Filius.	675
Bad. 157 ^g	Ad secundum quod « <i>actio cuius ratio eliciendi est voluntas terminum praesupponit in cognitione</i> » etc., dicendum quod aliquid ante actionem voluntatis potest praesupponi in cognitione dupliciter: vel secundum suum perfectum esse vel secundum suum imperfectum esse vel quasi. Primo modo praesupponit voluntas in cognitione omne quod per ipsam producitur ut est libera arbitrio, sicut artificialia in nobis et creaturae in Deo, et similiter omne in quod fertur amore absque eo quod sit productum ab ipso, et hoc sive feratur in illud libero arbitrio, quemadmodum voluntas nostra fertur in aliud bonum a summo, sive feratur in illud	680
Scarp. 1075 ^a		
Q 78 ^b		
I' 303 ^b		

libere et immutabili | necessitate sicut fertur voluntas nostra in sum-
 mum | bonum. Secundo modo in divinis voluntas et similiter in nobis
 praesupponit in cognitione productum a se. Si enim voluntas producit
 705 in se amorem incentivum de amore simplici habito de aliquo amato, non
 oportet quod secundum suum perfectum esse amor | ille incentivus
 praesupponatur in cognitione, sed sufficit quod praesupponatur amor
 simpliciter, quo voluntas excitata et conversa de illo producit amorem
 incentivum non cognitum secundum esse tale priusquam producat. Et
 710 consimiliter circa productionem voluntatis divinae in cognitione suppo-
 nitur cognitio amoris simplicis essentialis, et in illo amore simplici
 essentiali cognoscunt quodammodo ipsum amorem procedentem,
 scilicet ut principiatum in suo principio de quo principiat secundum
 praedictum modum. Secundum hoc enim intelligitur dictum AUGUSTINI
 715 iam supra: «*Nemo vult quod omnino quid sit vel quale nescit*», hoc est nullo
 modo scit. Vult tamen bene quod non perfecte novit; aliter enim non
 moveret intellectum voluntas ad quaerendum illius notitiam. Et loquitur
 ibi AUGUSTINUS de Spiritu Sancto qui procedit de cognoscente, de quo
 720 tamen ut est amor procedens non habetur cognitio nisi annexa et
 concomitans, ut dictum est supra. |
 Ad tertium quod «*Spiritus Sanctus emanat ut amor de notitia et ita de
 eo quod se tenet ex parte intellectus*», dicendum quod verum est secundum
 AUGUSTINUM XV^o De Trinitate cap.^o 27^o, ut iam habitum est
 supra. Sed de notitia sive de mente aut intelligentia aut memoria potest
 725 intelligi Spiritus Sanctus procedere ut mens, intelligentia, aut memoria,
 est notitia quaedam, et sic de intelligente ut est intelligens, velut cum illis
 habet esse essentialis voluntas conversa secundum modum praedictum,
 et sic intelligatur procedere de intelligente ut est volens. Et isto secundo
 modo procedit Spiritus Sanctus de notitia et mente sive de intelligentia
 730 et memoria sive de Patre et Filio ut sunt notitia simpliciter et notitia de
 notitia, sed hoc non in quantum | sunt notitia, sed in quantum sunt
 amor, secundum quod de hoc erit amplius sermo inferius. |
 Ad quartum quod «*intellectus non est elicitivus actus dicendi sive |
 generandi nisi ut est natura*, ergo neque voluntas actus spirandi», dicen-
 735 dum quod neque intellectus neque voluntas ratione qua sunt simpliciter
 intellectus aut voluntas sunt principia elicitiva actuum notionalium per
 quos producuntur similes in forma naturali ipsi producenti, quia tunc in
 quibuscumque essent, essent principia elicitiva actuum quibus produce-
 retur simile in forma, quod falsum est in creaturis. Sunt enim solum-
 740 modo principia elicitiva actuum naturalium ut | sunt in natura divina, et
 sic ut per illam habent in se naturalitatem quandam ad | productiones
 notionales. Secundum hoc enim diximus in quadam quaestione de

E' 109^{va}K" 108^{vb}B" 83^{vb}Bad. 157^{rl}Scarp. 1075^bBad. 157^{rl}Bad. 157^{vl}K" 109^{ra}B" 84^{ra}S' 222^{tb}

Q 78 ^{9a}	divinis emanationibus in generali quod intellectus et voluntas, ut sunt simpliciter intellectus et voluntas, modo scilicet intellectuali et voluntario agentes, tantum sunt principia actuum essentialium quae sunt intelligere et velle, licet hoc sit passive ex parte intellectus, active vero ex parte voluntatis; ut autem sunt natura et principia activa naturaliter actus	745
I' 304 ^a	elicentia, sunt principia activa elicitive actuum notionalium quae sunt generare et spirare, et hoc necessitate naturalitatis, qua impossibile est Deum per principia quae sunt natura in ipso huiusmodi actus non elicere.	750
	Ad cuius dicti simul et ad propositi amplioem declarationem sciendum quod huiusmodi naturalitatem habent a natura divina, in qua sunt intellectus et voluntas, sed aliter et aliter, quoniam intellectus divinus habet ipsam coincidendo in rationem naturae quae est ratio principalis elicitive actus notionalis, et hoc iuxta secundum modum naturae praedictum, ut omnino naturalitas ista sit praevia et ratio intellectus sit concomitans vel quasi. Propter quod non nisi modo naturae et naturali impetu actum suum notionalem elicit, ut magis proprie Pater dicatur generare natura intellectuali quam intellectu naturali, ut intellectus potius intelligatur quasi determinare naturam quam e converso, et secundum hoc ratio qua productus natura elicente dicitur Filius sit prima, et qua dicitur Verbum sit respectu illius secunda, secundum quod habitum est supra. Voluntas autem habet ipsam non ut incidendo in rationem naturae dictae secundo modo naturae, sed habendo sibi annexam vim quandam naturae primo modo dictae, ex hoc quod fundatur in illo, ut naturalitas ista in voluntate nullo modo sit praeveniens eius libertatem, nec ratio elicitive actus eius notionalis penes secundum modum naturae; hoc enim esset omnino contra ipsam libertatem, sed potius ut sit consecutiva et annexa libertati, et hoc non ut aliquid quo voluntas suum actum notionalem elicit principiative, sed ut aliquid quo assistente voluntati voluntas ipsa ex vi quam habet, eo quod est voluntas et libera, potest elicere suum actum notionalem, quem sine illo assistente omnino elicere non posset.	755
Scarp. 1076 ^a	omnino contra ipsam libertatem, sed potius ut sit consecutiva et annexa libertati, et hoc non ut aliquid quo voluntas suum actum notionalem elicit principiative, sed ut aliquid quo assistente voluntati voluntas ipsa ex vi quam habet, eo quod est voluntas et libera, potest elicere suum actum notionalem, quem sine illo assistente omnino elicere non posset.	760
Bad. 157 ^{4K}	Ex quo patet quod aliter intellectus et aliter voluntas ut natura et ut principium activum naturale est elicitivum actus notionalis, quoniam in hoc intellectus est natura et principium activum naturale et elicitivum actus generationis, quia incidit in idem cum illo quod est per se vis elicitive et natura secundo modo dicta et ut quasi determinatio eius. Voluntas autem est natura et principium activum naturale et elicitivum actus spirationis, non quia incidit in idem cum illo quod est vis elicitive et natura secundo modo dicta, sed quia habet vim naturae primo modo dictae concomitantem et sibi annexam, non ut quod est princi-	775
B" 84 ^{9b}		780
K" 109 ^{9b}		

- 785 pium elicitivum, sed quo assistente voluntas ipsa vi propria activa elicit
actum suum notionalem et sine quo assistente ipsum non eliceret. Et sic
intellectus, | ut est natura, licet magis proprie natura ut est intellectualis,
est natura elicitiva penes secundum modum naturae; non sic autem
voluntas, licet sit prima elicitiva penes primum modum naturae, ut iam
expositum est. Secundum hoc ergo non similiter voluntas se habet ad
790 spirationem et intellectus ad generationem; nec valet argumentum. |
Ad cuius ampliorem declarationem ex parte voluntatis, quia de
ipsa est maior dubitatio, sciendum quod triplex est actio voluntatis.
Prima quae est elicita a voluntate ut est voluntas simpliciter absque omni
naturalitate et necessitate, ut est illa quae procedit a libertatis arbitrio
795 sive in Deo sive in creatura intellectuali, et in nobis tendit solummodo
in bonum | amatum quod est citra summum bonum. Secunda quae est
elicit a voluntate ut similiter voluntas est simpliciter, et hoc cum sola
naturalitate necessitatis immutabilis annexa ipsi actioni, ut est illa quae
procedit a libertatis arbitrio et tendit in summum bonum amatum et
800 aperte visum. Tertia quae est elicita a voluntate non ut est voluntas
simpliciter, | sed ut est natura, naturalitate sibi annexa dicto modo, ut est
illa quae procedit a voluntatis libertate in solo Deo, et tendit non solum
in summum bonum amatum et visum, sed etiam in ipsum amorem
procedentem quo incentive amatur, licet diversimode tendat in utrum-
805 que, et hoc secundum aliam et aliam necessitatem immutabilitatis an-
nexam ipsi actioni. In quantum enim actio ordinatur in | amatum sum-
mum, ab ipsa sola voluntate ratione qua est libera procedit immutabilitas
necessitatis et in actione eius secunda et in actione eius tertia. | In quan-
tum vero actio ordinatur in amorem | productum tendentem in amatum
810 terminatur, sic a dicta naturalitate annexa voluntati procedit necessitas
immutabilitatis circa solum actum notionalem elicitem a voluntate, vel
potius ab ipsa libertate voluntatis, ut ei talis naturalitas est annexa. |
Ad quintum quod «voluntas est communis tribus, ergo non est ratio
elicitiva», dicendum quod eadem ratione nec natura esset ratio elicitiva,
815 quia est communis tribus. | Unde est advertendum quod omne princi-
pium quod est ratio agendi ut elicitiva actus absolutum est, sub ratione
tamen respectus determinati qua determinatur ad actum. Divina enim
essentia sub proprietate paternitatis in Patre natura est et ratio quae est
potentia generandi activa, ut vero est sub proprietate communi Patri et
820 Filio, voluntas | est ratio quae est potentia spirandi activa, et per hoc
natura et voluntas, ut sunt rationes elicitivae, sunt essentialia tracta ad
potentialia, et secundum hoc sunt propria, propter proprios scilicet
respectus suos ad proprios actus. |

E' 109^{vb}Bad. 157^{vL}Q 78^{vb}I' 304^{rb}Scarp. 1076^bB" 84^{va}S' 222^{va}Bad. 157^{vM}Bad. 158^mK" 109^{va}Bad. 158^m

Ad sextum quod «*Spiritus Sancto communicatur per spirationem natura Patris et Filii*», dicendum quod verum est in quantum natura sumitur primo et tertio modo praedictis. Et quod assumitur quod «*natura in qua idem sunt realiter producens et productum, non communicatur nisi per actum naturae agentis modo naturae*», dicendum quod hoc verum est in rebus creatis communicantibus naturam suam per actionem suam in materia quae est in potentia ad illam. Propter enim limitationem illarum in materia et per materiam non potest eis inesse aliud principium communicandi suam naturam quam ipsa natura. In separatis autem a materia, limitatis tamen in essentia, non est omnino principium communicandi naturam, licet ibi sit aliud principium agendi quam natura, scilicet voluntas. In separato autem a materia et illimitato in essentia, propter eius illimitationem est principium naturam suam secundum omnem rationem principiandi, scilicet ratione naturae et ratione voluntatis, ut habitum est supra. |

Bad. 158^o |

Et quod assumebatur ulterius quod «*orta a principiis attestantur eisdem*», dicendum quod verum est in proposito. Natura enim, quae est essentia divina sub ratione amoris et voluntatis, communicatur per spirationem, sicut sub ratione notitiae communicatur per generationem, et sicut per generationem communicatur natura quae est essentia sub ratione | notitiae per principium quod est notitia et intellectus, sic per spirationem communicatur sub ratione amoris per principium quod est amor | et voluntas, et sic principiatum attestatur principio. Medium autem procedit acsi natura sub ratione naturae secundo modo communicaretur in divinis, quod non est verum. Illa enim soli Patri convenit, nec Filio | communicatur sub illa ratione, nec Spiritui Sancto. Sed hoc modo communicatur generabilium et corruptibilium natura in creaturis; secundum enim unum modum agendi quo natura est ei communicata, et nata est eam alteri communicare. Et quia philosophi alium modum communicationis naturae non videbant in alia, scilicet in superiori natura, immo potius negabant, ideo generali sermone dicebant quod forma quae est essentia et quidditas rei, in qua communicant realiter et per se producens et productum, ut contingit in rebus naturalibus, non potest communicari nisi modo actionis naturalis. Sed forma illa quae est essentia et quidditas rei, in qua non communicant realiter et per se producens et productum, ut contingit in rebus artificialibus, bene communicatur modo actionis voluntariae, ita quod quaecumque eandem naturam habeant, si unum | eorum habet eam communicatam ab | alio, communicatio illa fit modo actionis naturalis; et e converso ubi est communicatio modo actionis naturalis, eadem est illorum natura. Quae vero non communicant eandem naturam, si unum eorum habet aliquid

825

830

835

840

Scarp. 1077^a |

845

Bⁿ 84^{vb} |

Q 79^a |

850

855

860

I^r 304^{va}
Kⁿ 109^{vb} |

865 communicatum ab alio, communicatio illa fit modo actionis voluntariae
et artificialis et e converso.

Et procedit prima productio a simili secundum totum; secunda
vero a simili secundum partem, dicente PHILOSOPHO VII^o Meta-
p h y s i c a e : «*Omne quod fit, fit a convenienti in nomine, sicut illud quod est per*
870 *naturam aut a parte eius quod est conveniens in nomine, ut domus ex domo*».
COMMENTATOR: «*Intendit per 'conveniens in nomine' generabilia naturalia. Per*
hoc autem quod dixit 'aut a parte' illud quod generatur ab arte, et dixit ex parte
quia artificiatum componitur ex materia et forma, et non est in anima artificis ex
875 *generato nisi forma tantum, id est quod artifex non est nisi forma generati*». Et
infra super illud «*sicut in syllogismis est principium cuiuslibet, ita hic generatio-*
nes», COMMENTATOR: | «*Id est quemadmodum cuiuslibet rei factae est quidditas*
quae est similis, ita et in omnibus generabilibus per naturam est quod sunt a
quidditate praecedente; quoniam quemadmodum syllogismi ex quibus fiunt artificiatia
sunt quidditates artificiatorum, ita res generabiles fiunt a suis quidditatibus». |

880 Ex quo adducebatur aliud | medium | ad probationem maioris,
videlicet quod in communicantibus eandem naturam non communicatur
| natura nisi modo naturae. Et est dicendum secundum iam dicta quod
licet hoc veritatem habet in rebus creatis producentibus simile secun-
dum totum, ut in naturalibus, vel secundum partem, ut in artificialibus,
885 ut videlicet omne productum a simili in natura secundum totum produ-
citur modo naturae et e converso, et omne productum a simili secun-
dum partem producitur modo artis et voluntatis et e converso. In re
tamen increata prima pars aperte falsa est in proposito; Spiritus enim
Sanctus producitur a simili in natura secundum totum. Non minus enim
890 similis est Spiritus Sanctus Patri et Filio quam Filius Patri, licet ex modo
producti Filius potius dicitur imago et similitudo Patris quam Spiritus
Sanctus Patris et Filii, ut dictum est. Et tamen Spiritus Sanctus non
procedit ab eis modo naturae et naturalis productionis sed tantum
voluntarie. Et si prima pars aperte falsa est in productione de re incre-
895 ata, multum praesumendum est de falsitate secundae partis in eadem re.
Et revera falsa est si intelligatur productum a re increata ut simile secun-
dum partem produci modo artis et voluntatis, quemadmodum produci-
tur simile secundum partem modo artis et voluntatis a re creata. A
creato enim | artifice qui est similis domui existenti in materia secundum
900 domum quam habet in mente quoad formam domus, non quoad mate-
riam, producitur domus secundum artem pure practicam, quae est
potentia in ipso quoad productionem domus in materia a domo | in
mente, in quantum ipsa ars sive | intellectus aut ratio per formam artis
voluntati artificis determinat modum agendi aliquem particularem sic
905 quod non alium, ut si vellet aliter agere delinqueret contra regulas artis

E' 110^aBad. 158^{rp}B" 85^{ra}
S' 222^{vb}Scarp. 1077^bBad. 158^{vp}Q 79^{ob}K" 110^a

- et ei contrariaretur. Non sic autem aliqua ars quam Deus habet de
 creaturarum productione, determinat voluntati divinae increatae modum
 aliquem particularem agendi, quod si vellet aliter agere, contrariaretur
 regulis rectae rationis et artis in ea. |
- Bad. 158^{vQ} Quare, cum impossibile est quod in Deo voluntas rationi contrari- 910
 aretur, quae non nisi recta esse potest, et ipsa potest diversis et variis
 modis producere vel non producere quae producit in creaturis, ergo
 penitus non determinatur ei a ratione aliquis modus circa producenda,
 quia aliter posset rectae rationi contrariari etsi numquam contrariaretur,
 quod tamen aequale inconueniens est. Quare etsi Deus habet cognitio- 915
 nem de operandis ab ipso per omnes particulares rationes quibus res
 possunt fieri et illa cognitio | in ipso est potentia producendi illam, non
 tamen illa cognitio practica | est, nec producit res secundum eam ut
 secundum notitiam | practicam, sed ut secundum pure speculativam,
 quoniam practica cognitio non dicitur operandorum ex hoc quod est 920
 circumstantiarum particularium, sed praecipue ex hoc quod secundum
 eam ratio determinat voluntati operandi modum. Et est hoc formale in
 practica cognitione per quod habet quod sit potentia proxima ut secun-
 dum eam res extra producatur; quod si non fuerit, non est nisi potentia
 remota, quia non magis se habet unus modus secundum quasdam 925
 circumstantias ut secundum ipsum res producatur, quam alius secun-
 dum alias particulares circumstantias, nisi ratio determinaverit opus
 faciendum potius secundum has quam secundum illas. Et sic sine
 huiusmodi determinatione cognitio non respicit opus nisi in potentia
 remota, et ideo potius est speculativa quam practica, licet sit de operan- 930
 dis. Et hoc modo proprie ratio est contrariorum quia «*scientia est contrario-
 rum*», et est proprie potentia rationalis valens ad contraria. |
- Bad. 158^{vR} Cum enim ratio determinaverit, tunc non est nisi alterius contrari-
 orum, sicut est potentia naturalis, et tunc primo est vere potentia artis
 habendo formam artificiatum, dicente PHILOSOPHO IX^o Me t a p h y s i - 935
 c a e : «*Scientia est potentia secundum quod habet definitionem quoniam sanans
 tantum facit sanitatem et calefaciens calorem. Scientia autem facit utrumque sed non
 eodem modo*». <COMMENTATOR>: «*Quoniam scientia est potentia activa
 secundum quod habet definitionem, id est secundum quod habet formale. Illud
 principium non agit nisi alterum contrariorum. Verbi gratia: quod potentia sanans
 solummodo agit sanitatem et calor calorem. Sciens autem agit duo contraria, quo-
 niam apud ipsum sunt intentiones intellectae. Et ideo invenitur in anima principium
 motus; aut enim movet ab intellectu in actu, aut a ratione, sed non eodem modo*».
- S^o 223^{ra} Et intelligit intellectum in actu quando habet | determinationem, ratio-
 nem vero quando non | habet determinationem. Quod explicat subdens 940
 K^o 110^{rb} continue, et intendit COMMENTATOR: «*Quando movetur a potentia, agit*

- alterum contrariorum tantum», et hoc quia ratio, ut est ratio, habet rationem indeterminatam; potentia vero, in quantum potentia, habet scientiam determinatam. Unde sequitur in littera PHILOSOPHI: «*Agit contraria quando agit plurima sine definitione, plurima per definitionem. Determinat enim principium unum per definitionem*». COMMENTATOR: «*Sciens enim movet contrarium quod vult facere per principium proprium et est definitio propria*». Et quod tale | est secundum PHILOSOPHUM agit ad modum potentiae naturalis quae est sine ratione; illa enim, in quantum est determinata propria definitione, non est proprie | cum ratione sed sine ratione. Propterea enim PHILOSOPHUS, parum post praedicta, distinguens potentiam quae est | cum ratione ab illa quae est sine ratione, dicit quod illa est in animato tantum, et non agit necessario praecedente possibili, sic inquires: «*Et est necesse illa esse in animato, ista vero in utroque. Potentiae vero tales, quando appropinquantur secundum quod est possibile eis de activo et passivo, necesse est ut quaedam agant et quaedam | patiantur, alia vero non necesse; ageret ergo contraria insimul; ergo necesse est ut dominus verus sit aliud, dico appetitus aut voluntas*». COMMENTATOR: «*Hoc est principium quod magis facit alterum contrariorum*». |
- 950
- 955
- 960
- 965
- 970
- 975
- 980
- 985
- B" 85^{va}
- Q 79^{va}
- Scarp. 1078^b
- E' 110^{tb}
- Bad. 158^{vs}
- I' 305^{ra}
- Bad. 159^{is}
- K" 110^{va}

B" 85 ^{vb}	<i>imitari</i> » etc. Et sic quia ratio divina nihil determinat de operandis sed sola voluntas in operando, non practicam sed speculativam habet notitiam Deus de operandis quam habet in nobis operans sine determinatione intellectus. In eo tamen quod divina cognitio est de operandis, si velit aliquis appellare practicam notitiam, nolo litigare de verbis; neque si secundum hoc Deus dicatur habere de rebus practicam cognitionem et modo artis eas producere. Verbum enim <i>per</i> quod <i>facta sunt omnia</i> dicitur secundum AUGUSTINUM « <i>ars esse plena rationum viventium</i> ». Est etiam praeter dictam differentiam inter artem quae est in Deo respectu creaturarum et quae est in artifice respectu domus, adhuc magna differentia, quoniam artifex secundum praedicta secundum artem non producit simile secundum totum sed secundum partem, quia non habet similitudinem domus nisi quoad formam domus, et ideo non producit nisi secundum formam; artifex autem Deus producit simile secundum totum quia habet similitudinem eius in sua notitia secundum totum, ut secundum hoc multo verius sunt quidditates creandorum intellectae in artifice increato ut quidditates eorum quam in artifice creato.	990
Scarp. 1079 ^a		995
Bad. 159 ^T		1000
Q 79 ^{vb}	Ad septimum quod « <i>Spiritus / Sanctus est naturale productum</i> , ergo ratio producendi ipsum <i>est natura</i> », dicendum quod aliquid dicitur naturale productum quia est vera res naturalis; alio modo quia est productum modo naturae; tertio modo quia elicited a principio elicited quod est natura. Quae quidem distinctio nihil valet in creaturis et productis ab agente creato quia membra concurrunt. In illis enim omne quod est res vera naturalis producitur modo naturae et ab elicited principio quod est natura et e converso. Sed in divinis bona est quia est aliquis productus qui est vera res naturalis, ut Spiritus Sanctus productus est modo naturae quarto modo naturae, non tamen a principio elicited quod est natura. Filius autem est res naturalis illis tribus modis. Nihil enim in divinis potest produci nisi sit res vera naturalis, quia quocumque modo producitur vera natura producentis producto communicatur, licet aliquando modo naturae, aliquando autem modo voluntatis quantum est ex parte principii elicited, semper tamen modo naturae quarto modo naturae, ut patet ex praedictis.	1005
S' 223 ^b		1010
		1015
Bad. 159 ^V		1020
	Ad primum in oppositum quod « <i>natura</i> nullo modo est <i>ratio elicited</i> spirationem, quia Spiritus Sanctus procedit progrediendo et natura agit imprimendo», dicendum quod verum est, quia illa est natura secundo modo quae est ratio elicited. Natura tamen quarto modo dicta bene potest esse elicited modus et similiter progressus ipsius actus et terminationis in obiectum. Hoc enim quod libere elicited et progreditur ab elicited secundum praedicta non repugnat incommutabili necessitati, sed simul libere elicited et progreditur a voluntate et terminatur in	1025
B" 86 ^a		
I' 305 ^{fb}		
K" 110 ^{fb}		

- 1030 productum et incommutabili necessitate, et hoc secundum modum
 naturae quarto modo dictae. Quam quidem necessitatem incommutabi-
 lem exigit natura divina secundum | praepositum modum, quia in ea
 nihil potest esse aliter quam sit. Propter quod praeter talem necessitatem
 naturae voluntas non potest spirare Spiritum Sanctum, et tamen libere
 spirat ipsum, et hoc aspiciendo ad actum spirationis in ordine ad spiran-
 tem ut ab ipso elicitur. Aspiciendo tamen ad actum in ordine ad spira-
 tum, ut actus ipse ad spiratum terminatur, etsi libere spiratus spiratur
 quantum est ex parte spirantis et ut actus ab ipso egreditur et ut progred-
 itur et ut in productum terminatur, et hoc immutabilitate necessitatis
 secundum quartum modum naturae. Forte tamen actus spirandi, quan-
 tum est ex parte actus spirandi necessitate naturae secundo modo dictae,
 terminatur in ipsum spiratum sicut et actus calefaciendi in calorem, etsi
 libere procederet a calefaciente non enim in ipso actu quantum est ex se
 est aliqua libertas. Licet enim aliquis libere se praecipitat, actus tamen
 praecipitationis naturaliter secundo modo naturae terminatur deorsum. |
 1045 Ad secundum quod «*ratio eliciendi, quae est natura, totaliter exhausta*
est in prima productione», dicendum quod verum est de natura secundo
 modo, quia non est nisi unus modus | eliciendi actum generationis, non
 autem de natura quarto modo, quam secundum praedicta ponimus
 rationem eliciendi in spiratione, non autem naturam secundo modo, ut
 patet ex dictis; neque similiter de natura primo modo quia illa in prima
 communicatione, licet tota communicatur, non tamen totaliter, hoc est
 secundum omnem modum quo communicabilis est. |
 1050 Ad tertium quod «*voluntas non est ratio eliciendi generationem, ergo*
nec natura spirationem», dicendum quod verum est loquendo de natura
 secundo modo; sic enim est simile et valet commutatio. Loquendo
 autem de natura quarto modo, sic neganda est similitudo, quia non sic
 natura se habet ad generationem ut | voluntas ad spirationem. Est enim
 voluntas ratio elicitive spirationis, non autem natura quarto modo
 generationis, sed solum est condicio et modus eliciendi tam circa
 1060 generationem quam circa spirationem, ut dictum est. |
 Ad quartum quod «*Spiritus Sanctus, cum sit similis in natura produ-
 centibus, si esset productus ratione naturae esset Filius*», dicendum quod
 RICARDUS diceret quod non est verum, quia non dicitur germanitas
 Patris et Filii nisi secundum principaliores modum et principaliores
 1065 ordinem naturae secundum quem non producit Spiritus Sanctus, ut
 patet ex praedictis. Sed | etsi non propterea diceretur Filius secundum
 usum nominis, tamen modo naturae productus diceretur et genitus, licet
 | non secundum modum quo genitus dicitur filius aut | proles. Ramus
 enim dicitur genitus de arbore et flos de ramo et vermis de fimo modo |

Scarp. 1079^b

Bad. 159^x

E' 110^{ra}

Bad. 159^{xy}

Q 80^{ra}

Bad. 159^{vz}

B" 86^{rb}

Scarp. 1080^a
 Bad. 159^{vz}
 K" 111^{ra}

	naturae secundo modo dictae, licet genitus aut filius dicatur. Et sic utendo nomine filii sicut et nomine geniti, ipse Spiritus Sanctus genitus posset dici, quod non est verum. Ideo dicendum aliter quod argumentum verum concludit, si Spiritus Sanctus esset productus modo naturae secundo modo. Quod tamen non est verum ponendo ipsum productum modo naturae quarto modo.	1070 1075
Bad. 159 ^{VA}	Ad quintum quod « <i>natura</i> est principium <i>respectu voluntatis ergo</i> principalior <i>ratio</i> in spirando», dicendum quod natura secundo modo prima est respectu voluntatis et ideo est principalior ratio producendi sed non eiusdem productionis cum voluntate. Natura autem quarto modo, quae concurrat cum voluntate in spiratione, illa non est prima sed secunda et annexa. Et ideo non principalis in spiratione nec principium elicativum, ut patet ex dictis.	1080
Bad. 159 ^{VB}	Ad sextum quod « <i>voluntas non est assistens</i> generationi <i>ut ratio</i> producendi <i>quare</i> nec <i>natura</i> spirationi», dicendum quod verum est de natura secundo modo, de qua vera est similitudo et proportio. Loquendo autem de natura quarto modo nequaquam, et de illa non tenet similitudo, ut patet ex dictis.	1085
I ^o 305 ^{VA}		
Bad. 159 ^{VC}	Ad septimum de dicto RICARDI quod « <i>natura neutrius productionis</i> sit elicitiva», dicendum quod, quantum mihi videtur, RICARDUS non distinxit omnino divinas processiones penes rationes procedendi, modo scilicet naturae et voluntatis, secundum quod iam distinximus supra, sed solummodo penes principalitatem et non principalitatem in procedendo et in ordine ad eum a quo est processio, ut patet ex praedictis. Unde dicit, dicto cap. ^o 17 ^o allegato: « <i>Ex generatione procedere idem mihi videtur quod in procedendo principalem procedendi modum habere. Sine generatione procedere idem mihi videtur quod in procedendo principalem procedendi modum omnino non habere. Producenti proculdubio qui est ipsa omnipotentia idem est de se alium producere quod ex ordinatissima causa id ipsum velle. Ex principali autem causa id velle idem erit quod generare</i> ». Et ne dicatur quod loquitur de voluntate annexa secundum modum praedictum, non autem elicitiva, super hoc expressius explicat suum intentum ibidem dicens cap. ^o 6 ^o : « <i>Quaerendum quid sit inter processionem et alterius generationem. Quamvis enim uterque procedat de voluntate paterna, potest tamen esse in hac gemina processione causa diversa</i> ». Ecce cum dicit 'de voluntate' videtur insinuare rationem elicitivam. Unde non videtur mihi in hoc RICARDUS esse sustinendus sed exponendus, si fieri posset. Insinuavit enim aliquantulum unam distinctionem inter processiones in eo quod subdit dicens in eodem cap. ^o 6 ^o : « <i>Condignum habere voluit ut esset cui communicaret magnitudinis suae divitias, condilectum vero habere voluit cui communicaret caritatis delicias. Communio itaque maiestatis fuit, ut sic dicam, causa originalis unius communio amoris</i>	1090 1095 1100 1105 1110
S ^o 223 ^{VA}		
B ^o 86 ^{VA}		
Scarp. 1080 ^b		
Q 80 ^b		

- videtur velut quaedam causa originalis alterius». Ex quo concludit | continuo: K" 111^b
 «Quamvis igitur utriusque personae productio procedat, ut diximus, de voluntate
 paterna, est tamen in hac productione vel processione gemina ratio alia et causa
 diversa». Revera communio maiestatis modo naturae est causa originalis
 1115 Filii; communio vero amoris modo voluntatis Spiritus Sancti. Sed
 quomodo aliter est utriusque ratio alia et causa diversa, non video
 quomodo intelligi possit aut poni. | Bad. 159^{vD}
- Ad primum quod «neutrum neque ratio neque voluntas est ratio
 eliciendi spirationem, quia Spiritus Sanctus in divinis habetur ex actibus essentia-
 1120 libus qui sunt nosse et amare», dicendum quod falsum est, quia non
 habetur sine actu notionali sicut nec Filius, ut habitum est supra. | Quod Bad. 159^{vE}
 autem assumitur ad eius probationem quod secundum AUGUSTINUM id
 quod «in spiritualibus noscitur et amatur, habetur», dicendum quod
 verum est perfecta notitia et perfecto amore, de quibus ipse loquitur,
 1125 sed in divinis perfecta notitia habetur per generationem personalem
 Verbi et perfectus amor per emanationem Spiritus Sancti, ut habitum est
 supra. | Bad. 159^{vF}
- Quod autem assumitur quod «nosse et amare sunt actus essentia-
 les», dicendum quod verum est cum simpliciter considerantur. Cum
 1130 vero considerantur ut perfecta et secundum rationem et modum nos-
 cendi et amandi perfecte, quia necessario, ut dictum est, includunt actus
 notionales, quoad hoc non sunt essentiales, unde perfecte noscendo et
 amando habetur Spiritus Sanctus. Similiter, ut loquar de exemplo AUGU-
 STINI, perfecte nemo potest nosse iustitiam nisi verbo mentis quod
 1135 habet de iustitia, dicente AUGUSTINO ibidem cap.^o 7^o: «Nihil | agimus
 quibus approbantur vel improbantur | mores hominum quod non | verbo intus edito
 apud nos praevenimus», et consimiliter nihil perfecte amamus quod non
 amore incentivo intus edito praevenimus. Correspondent enim sibi
 1140 verbum ex parte intellectus et amor incentivus qui est Spiritus Sanctus
 ex parte voluntatis, ut infra patebit. Sed quid est quod dicit AUGUSTI-
 NUS quod «qui perfecte noscit et perfecte amat iustitiam iustus est»? Numquid
 habitus practici sine actibus exterioribus haberi possunt sicut specula-
 tivi? Quod sine actu exteriori haberi possit iustitia | noscendo et Scarp. 1081^a
 amando interius non operando exterius, non dicit AUGUSTINUS, sed
 1145 dicit quod haberi potest «etsi nulla existat exterius operandi necessitas», quod
 verum est. Habens enim habitum virtutis moralis ex actibus exterioribus
 iam generatum et acquisitum, etsi desit facultas seu opportunitas ope-
 randi exterius et exercendi se in actibus particularibus, non amittit ex
 hoc habitum suum. Si tamen perfecte noscit et amat habitum | oppor- K" 111^{va}
 1150 tunitatem operandi quaerit; quem etiam perfecte nosse aut amare non
 potest nisi ipsum perfecte habeat, nec perfecte haberi sine experientia

- S' 223^{vb} singularium potest nisi | miraculose a Deo, de quo nobis sermo non est
 Bad. 160^f ad praesens. Aliter enim | hoc omnino est impossibile et contra PHILO-
 SOPHUM, dicentem II^o E t h i c o r u m : «*Operantes in particularibus fiunt*
hi quoque iusti, hi autem iniusti. Sunt enim operationes dominae quales fieri 1155
habitus». «Quoniam ex iusta operari fit iustus et temperata temperatus; ex non
operari autem hoc, nullus utique erit bonus». «Sed multi non operantur ad rationem
fugientes aestimant philosophari et sic fore studiosi; simile aliquid facientes
laborantibus qui medicos audiunt studiose, faciunt autem nihil eorum quae prae-
cepta sunt; quemadmodum enim illi non bene habebunt corpus curari, neque isti 1160
 Q 80^{va} *animam ita philosophantes». | Revera isti non habebunt bene secundum*
 animam, quia nullum ex sic philosophando acquirunt habitum moralis
 virtutis quantumcumque sciant definitive et divisive et argumentative ea
 quae pertinent ad virtutes et ad virtutum opera. |
 Bad. 160^g Quare, cum secundum PHILOSOPHUM VI^o E t h i c o r u m , pruden- 1165
 tia acquiri aut haberi non potest nisi simul acquirantur et habeantur
 morales virtutes, isti ergo sic philosophantes in doctrina moralium
 studendo, legendo et disputando, nec habitum prudentiae acquirunt
 sicut nec moralium virtutum. Si ergo ex tali studio | habitum aliquem
 B" 87^a sibi alium acquirunt scientialem, aut ergo est speculativus aut practicus. 1170
 Non practicus, quia praeter habitum prudentiae non est habitus practi-
 cus nisi ars. Tali autem studio non acquiritur habitus artis, quia studium
 istud est de agibilibus, et habitus artis non acquiritur nisi per studium
 circa factibilia, de quibus est ars. Acquirunt ergo sibi ex tali studio
 habitum pure speculativum. Non enim est dicere quod nullum omnino 1175
 sibi habitum acquirunt, sed tantum verba Empedoclis, quia tales sine
 experimento rationem habent et universale cognoscunt. Et ideo per
 PHILOSOPHUM <in> principio M e t a p h y s i c a e : «*sapientiores sunt*
expertis», ut iam dicetur, quod non esset verum, si tantum verba habe-
 rent. Nec est differentia inter haec circa agibilia et circa factibilia, quia in 1180
 Scarp. 1081^b ambobus sunt | cognitio universalis et particularis, et moralia ARISTO-
 TELIS descripta sunt secundum rationem universalis, non particularis;
 propter quod artes docentes modos arguendi debent praecedere moralia
 I' 306^{ra} ARISTOTELIS, licet moralia | in quantum traduntur inartificialiter per
 admonitiones debeant praecedere logicalia, dicente SIMPLICIO in princi- 1185
 pio Super Praedicamenta: «*Si moralia ARISTOTELIS | essent*
solum instructiones monitoriae et sine demonstratione, esset ab his incipientes mores
praestituere. Si autem et illa tradidit ARISTOTELES cum divisionibus et demon-
strationibus maxime scientificis, quomodo sine demonstrativis artibus procedentes ad
 K" 111^{vb} *ipsa poterimus in aliquo proficere? Forte igitur opus est prae morali praestitutione* 1190
non ea quae tradita est per moralia ARISTOTELIS, sed per assuefactionem et
persuasiones inartificiales». Est igitur habitus aliquis speculativus acquisitus

- ex notitia moralium ARISTOTELIS sine experientia operis de agibilibus, tamen ut non sit verum dicere quod ex hoc solo scientia practica est
- 1195 quod sit de agibilibus aut factibilibus, et speculativa quae est nec de agibilibus nec de factibilibus a nobis. Immo ex fine debent distingui speculativa et practica scientia secundum PHILOSOPHUM, ut dicatur quaelibet scientia speculativa in quantum stat in cognitione veri circa universales rationes sive agendorum sive faciendorum sive aliorum,
- 1200 practica autem in quantum determinat in particulari rationes operum particularium; alias enim de quocumque sit scientia, non est nisi speculationis gratia. Et tali habitu acquisito in moralibus habentes ipsum vere approbant et | reprobant multa in moribus, licet nullum habitum moralem habent, et similiter circa artificiata multa approbarent et reproba-
- 1205 vere, licet habitum practicum artificiatorum non haberent.
- Hinc dicit AUGUSTINUS De vera religione: «*Rationalis utique quia tanto est peritior quanto alicuius artis vel disciplinae vel sapientiae particeps est, ipsius artis natura quaerenda est. Neque tunc artem intelligi volo, quae notatur experiendo, sed quae ratiocinando indagatur. Itaque reperitur artem | vulgarem nihil | aliud esse nisi rerum expertarum placitarumque | memoriam usu*
- 1210 *quodam corporis atque operationis adiuncto, quo, si careas, iudicare de operibus possis, quod multo est excellentius, quamvis operari artificiosa non possis*», ut iam infra videbitur. Illud tamen iudicium AUGUSTINUS attribuit regulis aeternis ibidem et similiter IV^o De Trinitate cap.^o 15^o dicens sic:
- 1215 «*Qui non operatur et tamen videt quid operandum sit, ipse est qui ab illa luce avertitur, a qua tamen tangitur. Multa reprehendunt, recteque laudant in moribus hominum, quemadmodum quisque vivere debeat, etsi ipsi eodem modo non vivant, ibi vident, non in habitu suae mentis; mentes enim eorum constat esse iniustas*». |
- Unde in artibus factivis SIMPLICIUS, distinguens theoriam ab operatione, dicit quod theoria incipit a fine et procedit usque ad principium | a quo incipit operatio sic inquit: «*Theoria quidem a fine incipiens ratione procedit ad principium, operatio autem a principio ad finem progreditur. Sicut in domo theoria quidem a fine incipiens mox aspicit finem propter quem est domus, quia propter protectionem a ventis et imbris et caumate. Et incipiens a fine et qualiter iste fiat considerans invenit quod protectionem fieri sine parietibus impossibile est, parietes autem sine fundamentis non est possibile collocari, sed neque hoc fundari antequam terra fodiatur et hic desinit. Unde operatio inchoans primitus fodit terram, deinde fundamenta iacit, et desuper aedificat parietes, | et ultimo tectum imponit*». Et non solum sic est in factibilibus, sed etiam in agibilibus. Unde subdit continue: «*Hoc igitur simile observa, sicut enim domo indigemus prohibente corruptionem quae fit a ventis | et imbris et caumate, ita demonstratione indigemus prohibente corruptionem a falso in theoriam, et eam quae mala operatione, quae principaliter vocatur corruptio. | Etenim sicut in speculatione*
- B" 87^b
- S' 224^{ra}
E' 111^{ra}
Q 80^{vb}
- Bad. 160^{rh}
Scarp. 1082^a
- K" 112^{ra}
- I' 306^b
- B" 87^{va}
- Bad. 160^{rh}

- opponitur vero falsum, ita et in practica opponitur bono malum, et indigemus organo segregante ipsa ut non falsis pro veris et malis pro bonis intendamus. Haec autem est demonstratio». Ecce sicut in domo praecedit theoria operationem, sic et in actione boni. |* 1235
- Bad. 160^{vi}
- Sed quid est si non solum non sit necessitas alicui operandi extra secundum iustitiam, sed etiam si numquam fuerit operandi facultas? Numquid talis noscendo et amando iustitiam posset esse iustus? Puta qui numquam habuit quod posset dare nec se exercere in operibus misericordiae, quae est pars iustitiae, numquid operibus ex voluntate mentis posset esse pius et largus? Dico quod nequaquam, quia habitus practici in quantum practici nullo modo haberi possunt nisi ex experientia circa particularia opera. Ad cuius intellectum sciendum quod ad notitiam aliquam agibilibus aut factibilibus potest aliquis ad addiscendum se exhibere tripliciter: uno modo dissentiendo et discredendo omnino eis quae dicuntur et tractantur circa illa; alio modo assentiendo eis quae dicuntur et credendo ea esse vera, sed nullo modo in particularibus experiendo veritatem cognitam in ratione universali; tertio modo quod cum hoc quod dictis assentit et credit ea esse vera, experitur in particularibus eorum veritatem. 1240
- 1245
- 1250
- In discente primo modo nullus omnino generatur habitus scientialis sed verbalis tantum, qualem habent experti et manuartifices, de quo statim habetur, quia ad generationem | habitus scientialis non solum | in theologicis sed etiam in omnibus scientiis, «oportet eum primo credere qui discit», ut dicit PHILOSOPHUS in Elenchis. | Unde talis solummodo habet notitiam verborum quibus potest disputare, legere et opponere et respondere, ad modum habentium habitum scientiae. Et sunt ei omnia, sicut verba Empedoclis, nihil intelligendo eorum quae dicuntur, sicut nec intelligit caecus quae dicit cum disputat de coloribus. 1255
- Q 81^{ra}
Scarp. 1082^b
K" 112th
- In discente autem secundo modo bene generatur habitus scientialis qui est pure speculativus, de quo dictum est iam. Et si fuerit moralis, nullum habitum moralem nec prudentiam habebit ex huiusmodi doctrina, sicut dictum est; dico, | priusquam cognita sic dilexerit ut ea experiri in opere voluerit. Puta si cognovit iustitiam, et si eius diligit notitiam, non ex hoc iustus est, quia non eam diligit sed notitiam eius. Propter quod nec eam sic diligit, ut eam diligendo habeat et iustus fiat, dicente AUGUSTINO sparsim VIII^o De Trinitate cap.^o 6^o: «Ubi novit quid sit iustus qui non est iustus? Ubi novimus quid | sit iustus, cum iusti non sumus? In nobis novimus». «Cum enim dico et sciens dico, quia iustus est animus quia scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuique distribuit, non aliquam rem absentem cogito, sicut Carthaginem, aut fingo, sed praesens quid cerno, et cerno apud me, etsi non sum ipse quod cerno. Iustus autem cum dicit, id quod ipse est 1260
- B" 87^{vb}
- 1265
- 1270
- S' 224th

- 1275 *cernit et dicit*. «*Quod unde esse potuerunt nisi inhaerendo illi formae quam intuentur? Ut sint animi non tantum cernentes et dicentes iustum esse animum qui scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuique distribuit, sed etiam ut ipsi iuste vivant sua cuique distribuendo. Et unde inhaeretur | illi formae nisi amando? Cur igitur alium diligimus quem credimus iustum, et non diligamus ipsam formam? Aut nisi*
- 1280 *istam diligeremus, nullo modo eum diligeremus quem ex ista diligimus? Sed dum iusti non sumus minus eam diligimus quam ut iusti | esse valeamus?» «Est autem dilectio», ut dicit cap.^o 7^o in principio, «*ut inhaerentes veritati iuste vivamus*», et hoc insistendo experientiae particularium quibus insistit quantum facultas se offert qui iustitiam quam novit perfecte diligit. Et sicut de*
- 1285 iustitia, sic de temperantia et fortitudine et prudentia et etiam de omnibus artibus prout ad scientiam practicam pertinent.
- Et sic in discente tertio modo generetur habitus practicus, et hoc duobus modis: uno modo quando cum experientia singularis simul addiscit universale; alio modo quando habitus ille qui primo absque
- 1290 experientia operis particularis pure speculativus est, cognoscendo quod rationis est et universale experiendo universale | in particularibus fit practicus. Et hoc quemadmodum intellectus, qui in nuda consideratione terribilium ponendo | ea prae oculis sicut contingit positus in recordativis, est pure speculativus nihil dicendo de fugiendis, extendendo se ad
- 1295 operis determinationem et dicendo quia fugiendum est sicut practicus, ut iam dictum est supra ex III^o De anima. |
- Ad cuius intellectum sciendum quod triplex est experientia particularium, quarum prima est instrumentalis | tantum; secunda sensualis tantum; tertia mixta sive composita ex utraque. Primo modo experientiam habent sine arte et notitia universalis manufactes circa instrumenta corporalia exercendo ea quae sunt artis, non ex arte sed ex solo usu, | puta percutientes lyram, citharam et cetera instrumenta musicalia, cum artem universalem musicae penitus ignorent; vel cantantes ad modum artis voce propria sine arte. Non enim est quoad hoc differentia
- 1305 in organis separatis et coniunctis, quia a solo opere practici dicuntur. Secundo modo experientiam habent etiam sine arte, sensu particulari uno vel pluribus, percipiendo opus particulare exercitum in instrumentis ab expertis primo modo. Dico autem uno sensu, ut audientes cantus aliorum et percipientes modulationes in singularibus ex vocum elevatione, depressione, protractione et modulatione. Dico autem duobus sensibus, ut videndo citharae percussiones et audiendo sonorum modulationes, ex qua sensuali experientia novit particulare et potest operari cum vult, nisi defectum patiat in instrumento, | sed non statim tam expedite sicut exercitatus experientia instrumentali, quia ex tali exercitio
- 1310 aptantur ipsa membra corporis nostri ad ipsum faciliter exsequendum.
- 1315

I' 306^{va}

E' 111^{tb}

K" 112^{va}

Scarp. 1083^a

Bad. 160^{vk}

B" 88^{ra}

Q 81^{tb}

Bad. 161^{rk}

	Et ideo perfectior est experientia instrumentalis quam sensualis tantum, quia illa includit istam et non e converso. Et tam isti quam illi in operando magis proficiunt et minus errant quam habentes artem et scientes universale absque utraque experientia, dicente PHILOSOPHO in principio <i>Metaphysicae</i> : <i>ad actum experientia ab arte nihil differre videtur, sed expertos magis proficere videmus sine experientia rationem habentibus. Causa quidem est quod experimentum singularium est cognitio, ars autem universalium.</i> Si ergo sine experimento aliquis rationem habeat et universale cognoscat, in hoc autem singulare ignorat, multotiens peccabit. Sed	1320
I' 306 ^{vb}	tamen scire magis arte quam experimento arbitramur et artifices expertis sapientiores esse opinamur. Hoc autem est quod hi causam sciunt, illi autem non. <i>Experti quia sciunt, sed propter quid nesciunt, hi autem propter quid et causam cognoscunt.</i> Unde architectores circa unumquodque nobiliores et magis manuartificibus scire demonstramus, quia factorum causas sciunt. Illi autem sicut inanimatorum quaedam faciunt, et quae faciunt incognita faciunt, <i>ut ignis comburit, sed inanimata natura faciunt unumquodque, manu vero artifices per consuetudinem.</i> Propter quod dixi supra quod potentia practica magis circa particularia communicat cum potentia naturali quam cum rationali, et quod est ad alterum contrariorum, cum potentia rationalis in quantum rationalis est contrariorum.	1325
K" 112 ^{vb}		
Scarp. 1083 ^b		1330
B" 88 ^{vb}		
S' 224 ^{va}		
Bad. 161 ^l	Distinguit tamen PHILOSOPHUS in IX ^o <i>Metaphysicae</i> secundum hoc tria genera potentiarum, ubi dicit: « <i>Cum fuerint omnes potentiae, quaedam habent unum genus ut sensus, et quaedam per additamentum et quaedam per doctrinam.</i> » COMMENTATOR: « <i>Cum potentiae sunt diversi modi, quaedam conveniunt in hoc quod existunt per naturam, verbi gratia, sensus, et quaedam assistunt per assuetudinem, et quaedam per doctrinam, verbi gratia ut plures artes. Et dixit hoc quia artes operativae quaedam acquiruntur per assuetudinem et quaedam per rationem.</i> » 'Per assuetudinem' intelligo quando est experientia sine ratione, in quibus in eodem necessario actus praecedat potentiam. 'Per rationem' intelligo quando est cognitio universalis sine experientia praecedente, in quibus non praecedat actus potentiam in eodem, licet necessario praecedat in alio, quia, ut dicitur in principio <i>Metaphysicae</i> , « <i>hominibus scientia et ars per experimentum accidit.</i> »	1335
Bad. 161 ^{rm}	Et in hoc differt dicta potentia artis duplex a potentia naturali, dicente PHILOSOPHO ubi supra: « <i>Iam necesse est ut quaedam sint quorum actio praecedat et sunt omnia quae sunt per consuetudinem et locutionem. Quae autem non talia sunt ista quae sunt per passionem.</i> » COMMENTATOR: « <i>Necesse est ut potentias et habitus praecedant actiones illarum potentiarum et habituum. Qui enim tangit citharam non acquirit habitum tangendi citharam donec tangat illam. Potentiae autem naturales praecedunt suas actiones in esse. Qui enim habet</i>	1340
Q 81 ^{va}		1350
		1355

- 1360 *potentiam visibilem non est necessarium in hoc quod acquirat hanc potentiam, hoc scilicet quod ante videat*. Et est habitus qui est in expertis non scientibus universale, non vere habitus, sed quaedam | consuetudinalis habitus in intellectu qualis etiam est in membris corporeis assuetis ad actum; aut quem ponimus in viribus sensitivis ab habitibus moralibus impressum, qui sunt in voluntate. Sine experientia autem et tali habitu consuetudinali numquam | habitus verus quo cognoscitur universale practicus est, qui per experientiam duplicem iam dictam dupliciter habet fieri practicus secundum duos modos iam dictos. E' 111^{va}
- 1365 Primo quando simul cum experientia singularis addiscitur universale, secundum illud quod dicitur in principio *Metaphysicae*: «*Fit autem ars cum multis experimento | intellectis | una fit universalis de similibus acceptio*». Sed ista acceptio universalis quando fit experientia instrumentali perfectius acquiritur habitus universalis et sub ratione qua est speculativus et universalis et sub ratione aliqua ex experientia practicus est. Unde de talis habitus acquisitione dicit IX^o *Metaphysicae*: «*Impossibile est ut sit aedificator qui non aedificat omnino, et ut sit citharista qui non citharizat omnino. Qui enim addiscit citharizare, citharizat et | addiscit, et similiter de aliis*». Et COMMENTATOR: «*Quia actus praecedat potentiam tempore, impossibile est ut acquirat artem citharizandi qui numquam citharizavit; qui enim addiscit citharizare citharizat et addiscit, et sic acquirat artem citharizandi, et sic etiam in aliis artificii quae addiscuntur per exercitium*». | B'' 88^{va}
- 1370 Quando vero dicta acceptio universalis fit experientia sensualis tantum in artibus quae natae sunt acquiri experientia instrumentali, tunc habitus universalis sub ratione qua practicus est, minus perfecte acquiritur quam, ut dictum est, acquiritur experientia instrumentali. Aliquando autem ars ex sola experientia sensuali nata est acquiri, ut medicina quae tanto perfectius acquiritur quanto plurium sensuum experientia acquiritur, puta si quis discipulus in medicina ambulans cum perito medico practicante, qui simul docet eum universale et facit ipsum experiri circa aegrotos in particulari, ipse simul et speculativam et practicam artem medicinae acquirit, quae speculativa est ex ratione universalis, practica vero ex ratione determinationis ipsius universalis in particulari cognito K'' 113^{ra}
Scarp. 1084^a
- 1375 ex sensu. Et talis, licet numquam fuerit operatus secundum artem medicinae, nec in addiscendo intendebat umquam operari, potens est operari cum | vult et perfecte practicus est, [licet numquam fuerit operatus], quia | nullam experientiam instrumentalem requirit propriam, in qua ars experitur. Et secundum hunc modum experientes experientia I' 307^a
- 1380 sensualis visus et auditus opera iustitiae et largitatis et aliarum virtutum moralium atque prudentiae circa opera aliarum cum bona voluntate operandi consimilia, si eis adesset facultas, acquirunt sibi habitus harum Bad. 161^{ra}
- 1385
- 1390
- 1395

B'' 88^{vb}
Bad. 161^{ra}

Q 81 ^{vb}	virtutum non tam immerito apud Deum, qui talem voluntatem pro facto reputat, quam in substantia habitus, non dico infusi sed vere acquisiti.	1400
S' 224 ^{vb} K" 113 ^{tb} Scarp. 1084 ^b	Secundo autem modo habitus quo cognoscitur universale fit practicus quando primo cognito universali speculative ponit se sciens ad experiendum, et per hoc cognoscendum universale in particulari, quod prius novit secundum se. Et semper est idem habitus simpliciter speculativus et practicus sola ratione distinctus et perfectione, sicut idem est universale quod secundum se consideratur et quod consideratur existens in particulari, ita quod parum sit cognoscere universale in particulari tantum, plus autem cognoscere ipsum in universali tantum, perfectum autem cognoscere ipsum utroque modo.	1405
I' 307 ^{tb}	Propter quod PHILOSOPHUS non statuit standum in speculativa moralium, sed progrediendum esse ad operationem, cum dixit II ^o E th i c o r u m : « <i>Praesens negotium non contemplationis gratia, non ut sciamus quid est virtus, sed ut boni efficiamur</i> », quoniam praesens negotium principaliter est gratia operis virtutum. Propter quod auditor huius scientiae ab initio non debet esse quoquo modo expers operationum assuefactione sive arte, ut iam dictum est. Hinc dicit I ^o E th i c o r u m : « <i>Politicae non proprie auditor iuvenis. Inexpertus enim est eorum quae secundum vitam sunt actuum</i> ». Unde et in cognoscendo ambo simul est distinguere et quo consideratio nata est dici speculativa et quo est practica. Propter quod PHILOSOPHUS in principio M e t a p h y s i c a e , ponendo <i>architectonicos</i> , qui sciunt universale et particulare, esse <i>sapientiores manuartificibus</i> , qui sciunt particulare tantum, distinguendo illa duo in eodem, dicit quod non secundum quod est practicos esse sapientiores sunt, sed secundum quod rationem habent et <i>causas</i> cognoscunt. Unde qualia illa duo est considerare in habitu operativo. Quod tamen dicitur potentia operandi, iuxta illud IX ^o M e t a p h y s i c a e : « <i>omnia artificia et scientiae sunt potentiae</i> », quia sunt principia transmutativa in aliud secundum quod aliud, hoc contingit ei ab eo quod habet ex experientia in particulari, non autem ab eo quod habet ex ratione in universali. Saepius enim deficient habentes universale sine experientia, ubi proficiunt habentes experientiam sine ratione universalis.	1410
B" 89 ^{ra}	Est autem advertendum quod huiusmodi habitus non sunt potentiae eo quod per eas potest aliquis operari simpliciter, sed quod potest sic per eas operari, scilicet saepius aut in pluribus absque omni errore. « <i>Ars enim est recta ratio factibilium et prudentia est recta ratio operabilium</i> ». Unde etsi id quod habet ex experientia in particulari posset habere homo circa cognitionem universalis per infusionem aut miraculum absque omni experientia praecedente aut sequente notitiam universa-	1415
Bad. 161 ^{vo}		1420
		1425
		1430
		1435
E' 111 ^{vb}		

- 1440 lis, adhuc ratione illius esset ars practica, et potentia quaedam qua artifex potest in opus, et hoc non quia per eam simpliciter artifex potest in opus, sed quia potest determinare particularem modum operandi circa determinatam materiam et quia non operatur circa illam priusquam sic determinet, ut quod aegrotus talis sic debet curari et non aliter vel non aliter ita commode, ut sic etiam habitus ut practicus est et intellectus qui
- 1445 practicus est ut ipso est informatus determinant actionem et modum | agendi ipsi voluntati dicendo sic esse agendum | praecise. Scarp. 1085^a
K" 113^{va}
- Unde quamvis scientia sit de operabilibus, si non sit nata determinare opus voluntati, sed a sola voluntate dependet operis determinatio, practica scientia non est, nec est alius finis eius | in quantum huiusmodi
- 1450 quam veritatis cognitio est qua praesentat voluntati operanda, non autem determinat. Unde si per impossibile ponatur in nobis scientia operandorum qua sciamus omnia particularia et operandi modos particulares, praeter hoc quod nata esset determinare opus et modum operandi, a sola notitia particularium non posset practica dici, sicut nec scientia Dei de creaturis. Licet autem scientia nostra universalis non potest dici practica, quia non est nata determinare practica nisi ut potentia remota, magis tamen habet rationem practicae, quia ipsa per experientiam nata est fieri practica et determinare operanda. Scientia vero Dei, quantumcumque sit rerum secundum earum | esse particulare, nequam quemadmodum scientia nostra universalis est potentia operandorum quasi remota, quae sicut non meretur vere dici potentia illa quae est propinqua, sic nec meretur dici practica, aliquantulum tamen accedit ad naturam ipsius et est media inter perfecte speculativas et perfecte practicas. |
- 1455 Unde super illud Iⁱ Ethicorum, practicae autem «*finis non cognitio sed actus*», dicit Commentator: «*Haec enim ars non speculativa est simpliciter, ut cognitione dictorum contenti sint auditores, sed et oportet cognitioni sermonum actus et operationes apponere*», et sic verius practica est quam speculativa. Nec dicitur finis scientiae practicae operari ab eo quod habens illam intendit operari secundum eam vel non, sed quia per ipsam determinantur operanda voluntati, determinat operandum voluntati, et quod in quantum talis est, secundum eam non contingit operari contraria sed unicum tantum; ita etiam quod, secundum PHILOSOPHUM, non solum determinat voluntati | quantum est in se quid et quomodo
- 1460 est agendum dimittendo agere vel non agere in libertate voluntatis, sed etiam determinat ipsam voluntatem, ut existente ista determinatione, si non sit impediens, necesse sit illam velle et agere, quoniam secundum ipsum in De | causis | motus animalium, ut habitum est supra, «simile est de operabilibus et intelligibilibus». Et ut dicit in III^o
- 1465 B" 89^{tb}
Bad. 161^{vP}
I' 307^{va}
Bad. 162^{rP}
S' 225^{ra}

	De anima, «omnino de actione et sine actu verum et falsum in eodem genere sunt bono et malo», ut sicut intellectus duabus propositionibus propositis in speculativis necessario componit conclusionem aut dividit dicendo verum vel falsum ibi sistendo, sic intellectus duabus propositionibus propositis in activis concludit <quod> secundum intellectum est operandum vel non operandum, et conclusio apud intellectum est operatio apud voluntatem.	1480
Scarp. 1085b Bad. 162 ^Q	Ad secundum quod «voluntas et natura sunt essentialia in Deo quare non sunt rationes eliciendi actus notionales», dicendum secundum praedicta quod licet secundum se sunt essentialia nec principia eliciendi actus notionales, tamen ut sunt sub proprietatibus personarum notionalibus trahuntur ad notionalia et sic bene possunt esse principia actionum notionalium.	1485
K ⁿ 113 ^{vb} Bad. 162 ^R	Ad illud quod ulterius arguitur quod «natura et voluntas simul concurrunt ut rationes eliciendi actum, quia voluntas est naturalis potentia sicut et intellectus», dicendum quod potentia habet comparari ad duo: et ad subiectum et ad actum atque obiectum. Et secundum primam comparationem voluntas est ita naturalis potentia naturae intellectualis sicut et intellectus, sed de illa comparatione nihil ad praesens. Secundum vero secundam comparationem, quae respicit modum eliciendi actum cum impetu vel sine, intellectus ut naturalis potentia operatur, et respectu illius actus est pure naturalis et operatur ut naturalis. Voluntas autem nec respectu illius actus nec respectu alterius operatur ut naturalis potentia secundum modum secundum naturae praedictum, sed solum ut libera.	1490
B 89 ^{va} Scarp. 1086a	Primae duae rationes in oppositum concedendae sunt, quia non concludunt de natura et voluntate quod non concurrunt simul nisi in quantum ambo sumuntur ut rationes elicitive, ut patet inspicienti eas.	1495
Q 82 ^b Bad. 162 ^S	Ad tertium quod «in una et eadem natura non est nisi unus modus producendi et eliciendi actum», dicendum quod verum est in natura creata, ut praedictum est. Licet enim voluntas in creaturis nec potest de materia ipsius producentis nec de materia aliena producere simile in specie secundum formam substantialem, quia voluntas in nobis ordinata ad producendum aliquid nihil producit ex virtute formae substantialis in qua est illa voluntas, sed solum in virtute formae idealis quae est in mente, in Deo autem producit ex virtute formae substantialis in qua est. Virtus enim naturae deitatis qua producitur Filius elicitive penes secundum modum naturae licet non communicatur in voluntate Filii et Patris per generationem ad eliciendum actum spirationis, propter quod Spiritus Sanctus non est Filius aut genitus, communicatur tamen in voluntate vis deitatis ut est natura primo modo, ut per eam voluntas sit fecunda	1500
Bad. 162 ^T		1505
		1510
		1515
		1520

- active ad producendum ut ratio elicitiva, licet modo voluntatis liberae, |
 qui proprius est ei actus spirationis et per illum productionis Spiritus
 Sancti. Propter quod ipse Spiritus Sanctus est idem in natura primo
 modo dicta cum Filio. Communicat etiam ex supra determinatis quod
 1525 incommutabili necessitate actum spirandi eliciat voluntas libere, sic quod
 non potest ipsum non elicere necessitate naturae quarto modo dictae; |
 progreditur et hoc in ordine ad amatum ex ipsa libertate, in ordine | vero
 ad productum ex vi naturae primo modo dictae sibi annexae. |
- Ad ultimum quod «*voluntas terminum actionis et motus sui supponit,*
 1530 nihil autem terminum suum *producit*», dicendum quod terminus actionis
 | voluntatis sive motus voluntatis duplex est, secundum quod duplex est
 finis actionis: unus intra, quem consequitur agens sua actione ipsum
 producendo, quemadmodum artifex carpentatione consequitur formam
 domus, qui proprie est finis operis ad quem ipsum opus carpentationis
 1535 per se ordinatur; alter vero est finis extra, quem consequitur agens sua
 operatione ipsum attingendo secundum quod inhabitatio est finis
 carpentationis, qui tamen proprie est finis operantis, quia ipsum princi-
 paliter intendit. Et sicut hoc contingit in creaturis circa aliam materiam,
 sic hoc contingit in divinis circa propriam naturam deitatis. Finis enim et
 1540 terminus intra in actione voluntatis divinae notionali est ipse amor
 procedens, qui est Spiritus Sanctus. Voluntas enim Patris et Filii con-
 versa secundum praedictum modum quasi separat se a se ipsa ut est
 informata simplici amore sive amatione, et ponit se ex opposito illi, et
 ideo agit producendo de amore simplici actu suo flagrationis, quae est
 1545 spiratio activa, amorem incentivum de amore simplici quasi de amore
 minus fervente per exsufflationem agendo amorem magis ferventem,
 quemadmodum in generatione de notitia simplici | quasi minus clara
 Q 82^{va}
 1550 notitia, quia in amore incentivo est amor simplex, et in notitia declara-
 tiva est notitia simplex quasi minus intensum in magis intenso, licet non
 sunt ibi plura secundum veritatem. |
- Unde est eadem notitia secundum rem quae est in procedente et
 quae est in illo a quo procedit, sed in illo a quo procedit | per modum
 simplicis tantum in ipso procedente per modum declarativae. Et quia
 1555 per conversionem intellectus in quo generatur notitia declarativa se
 habet ut oppositus et separatus a se ut est informatus notitia simplici a
 quo procedit actio generationis, quae quidem separatio et oppositio non
 importat nisi distinctionem relationis et modum habendi huius ut est
 activum in illud ut in proprium passivum, | ideo necessario | est vera
 1560 distinctio secundum rationem relationis qua haec ab illa. Et consimiliter
 intelligendum suo modo de amore duplici iuxta superius declarata. Et
 Scarp. 1086b
 B" 90^{ra}

E' 112^{ra}

I' 307^{vb}

B" 89^{vb}

Bad. 162^{rv}

K" 114^{ra}

Q 82^{va}

Bad. 162^{rx}

S' 225^b

Scarp. 1086b

B" 90^{ra}

	quia voluntas divina Patris et Filii per spirationem, quae est flagratio quaedam affectus aestuantis, non producit amorem incentivum qui est Spiritus Sanctus quasi flatu aestus illius amplius inflammando amorem essentialem propter se, ut in illo amore incentivo stetur, sed per illum	1565
Bad. 162 ^x	fertur in amatum prius amore simplici quasi ardentius se in illud im- mergendo et maiore flamma amoris, secundum quod dictum suo modo	
K ⁿ 114 ^b	simile de notitia simplici et declarativa in idem cognoscendo. Quod quidem quia est amatum primo essentialiter et quasi incomplete, quia primo cognitum est notitia essentiali quasi incomplete, voluntas essenti-	1570
I ⁿ 308 ^a	alis excitat intellectum ad conversionem et per hoc ad amplio- rem cognitionem percipiendam de amatore quae percipit notitia declarativa	
Bad. 162 ^y	in ipso generato, ut secundum hoc, etiam in divinis, secundum ratio- nem nostram intelligendi partem mentis, scilicet personalem, praecedit appetitus essentialis. Cumque autem illud primo amatum essentialiter	1575
	cognitum est a notitia declarativa, statim voluntas in id quod iam quasi cognitum est amore personali incentivo fertur in illud et respondet amor notitiae et in illo per talem amorem ut in finem extra, volens per huiusmodi amorem ut ipsius flagrationis et spirationis per se terminus sit amor flagrans, ipsius vero spirantis proprie sit finis quies in illo	1580
	tamquam in illo in quo est terminus intentionis agentis, et propter quem expressit amoris flagrantiam in illud, ut ille illi intimissime et ardentis- sime uniretur. Et ideo spirans voluntas non stat in spirato, sed spiratum dirigit in amatum. Secundum quem modum, prout dicit, donum Spiritus Sancti spiratur a Patre et quiescit in Filio ut in amato ipso Spiritu Sancto.	1585
Bad. 162 ^z	Et e converso secundum Latinos Spiritus Sanctus a Filio spiratur et quiescit in Patre ut in amato similiter. Breviter ergo ad argumentum dicendum quod licet non producit voluntas terminum actionis sed supponit, qui est ut finis extra, bene tamen in divinis producit terminum qui est ut finis intra, ordinatus in finem extra, et hoc per similitudinem	1590
B ⁿ 90 ^b Bad. 162 ^{va} Scarp. 1087	in creaturis secundum verba RICARDI superius posita et exposita.	

UTRUM SPIRATIO ACTIVA REALITER DISTINCTA SIT
ET DIVERSA A GENERATIONE

- 5 Circa secundum arguitur quod generatio et spiratio non sunt
processiones distinctae aut diversae inter se realiter. Primo sic. Realis
distinctio non est nisi per ea quae realiter sunt alia et alia, sicut non est
distinctio secundum rationem nisi eorum quae secundum rationem sunt
alia et alia. Sed per | alia et alia secundum rem absolutam nullo modo
possunt distingui, quia sic alia | et alia non sunt in divinis, quia id ipsum
10 sunt omnia secundum rem absolutam, ut habitum est supra. Nec secun-
dum rem relativam sive notionalem, quia relatio non distinguit nisi
secundum oppositionem relativam originis, scilicet eius quod est 'ab' ad
illum a quo est. Unde et dicunt ALIQUI, secundum quod habitum est
supra, quod si Spiritus Sanctus non procederet | a Filio, non distingue-
15 retur | omnino a Filio. Generatio autem et spiratio nullam habent
relativam oppositionem inter se secundum hunc modum, quia neque a
generatione habet esse | spiratio nec e converso, eo quod «*actionis non est
actio*», sicut «neque *motus est motus neque* sicut terminus, *neque* sicut subiec-
tum», secundum PHILOSOPHUM, V^o P h y s i c o r u m . Ergo etc.
- 20 Secundo sic. Ubi non differunt principia propria, proxima et per
se agentia nisi secundum rationem, neque principiata, quia principia sunt
unigena principiatis. Principia proxima propria et per se generationis et
spiracionis sunt voluntas et natura, quae in Deo non differunt nisi
secundum rationem. Ergo etc.
- 25 Sed forte dicetur secundum superius determinata quod propter
rationes respectuum quos important | diversimode ad eliciendum actus
qui notionales sunt et reales re relationis, in divinis et voluntas atque
natura differunt atque distinguuntur re.
- 30 Contra est quod secundum PHILOSOPHUM «*potentiae distinguuntur
per actus*», quare non e converso, quia aliter idem distingueretur a se ipso.
Quare, cum processiones actus sunt, voluntas autem et natura sunt
potentiae, nullo modo processiones, quae sunt generatio et spiratio,
distinguuntur distinctione voluntatis et naturae.
- 35 Contra. Emanationes indifferentes et indistinctae non sunt ad
terminos differentes et distinctos. Quare, cum generatio et spiratio sunt
ad terminos distinctos qui sunt Filius et Spiritus | Sanctus, ipsa necessa-
rio inter se sunt distincta. |

Scarp. 1087b

Q 82^{vb}

Scarp. 1088a

E' 112^{tb}K" 114^{va}I' 308^{tb}B" 90^{va}Bad. 162^{vB}

<SOLUTIO>

	Dicendum ad hoc quod generatio et spiratio sunt processiones distinctae inter se realiter, non re absoluta sed re relationis; et hoc non nisi penes rationem originis qua hoc est ab hoc, et unum eorum ab alio suam trahit originem, ut sit quodammodo hoc ab hoc. Sed hoc contingit dupliciter: uno modo proprie, quia hoc habet esse ab hoc, quia scilicet unum est principium et aliud principiatum, et hoc positive; alio modo communiter, quia scilicet hoc non habet esse sine illo primo vel quasi, et sic ab illo ut a principio sine quo non est, et quo non posito alterum non habet esse. Primo modo est distinctio re relationis inter relationes relative oppositas quae sunt extrema unius relationis, quae est intervallum illarum, ut sunt similitudo quae est Sortis fundata super albedinem Sortis ad illam similitudinem quae est Platonis fundata super albedinem Platonis. Et talis distinctio est inter relationes quae sunt Patris ad Filium, et quae sunt communiter Patris et Filii ad Spiritum Sanctum.	40
S' 225 ^{va}		
	[Et sic distinguuntur generatio activa et passiva, et similiter spiratio activa et passiva inter se, et similiter illa quae cum illis habent identitatem realem, re dico relationis. Differunt autem inter se sola ratione, de quibus sermo habitus est supra. In omnibus enim talibus distinctio est relationum quia haec ab illa, sed hoc non nisi in suis suppositis; quia enim a toto Patre, in quo est paternitas, est totus Filius, et filiatio, quae est in Filio, quoquo modo est a paternitate, quae est in Patre, et similiter quia a toto Patre et Filio, in quibus est una spiratio activa, est totus Spiritus Sanctus, in quo est spiratio passiva, et spiratio passiva, quae est in Spiritu Sancto, quoquo modo est a spiratione activa, quae est in Patre, unde non restat dubitatio nisi de spiratione et generatione simpliciter.] Dico ergo quod inter generationem et spirationem simpliciter acceptas, secundum modum iam exponendum, duplex differentia debet assignari: una quasi materialis et alia quasi formalis – quasi materialis, qualis est illa quae iam assignata est in fine dissolutionis ad corpus quaestionis praecedentis, quia, ut ibi expositum est, illa accipitur secundum rationem et modum eliciendi dictas emanationes ex suis principiis; quasi materialibus ex quibus eliciuntur; de qua distinctione adhuc erit sermo in quaestione praesente. Formalis vero distinctio, quae debet assignari inter dictas duas emanationes, est penes rationes relativas originandi unam illarum ab alia.	45
Bad. 162 ^c Scarp. 1088b		
		55
K" 114 ^{vb}		
		60
Bad. 162 ^d Q 83 ^{ra} B" 91 ^{ra}		
		65
Bad 163 ^d		
		70
Bad 163 ^e		
		75
	Ad cuius intellectum sciendum est quod generatio et spiratio sunt processiones distinctae inter se realiter, non re absoluta sed re relationis, et hoc non nisi penes rationem originis qua hoc est ab hoc; et unum eorum ab alio suam trahit originem ut sit quodammodo hoc ab hoc. Sed hoc esse ab hoc contingit dupliciter: uno modo proprie, quia scilicet	

80 unum eorum alterius est principium et aliud principiatum, et hoc
 positive; alio modo communiter, quia scilicet hoc non habet esse sine
 illo primo vel quasi, vel sit ab illo ut a principio sine quo non et quo non
 posito alterum non habet esse. Primo modo est distinctio re relationis
 inter relative opposita per relationes reales, et talis distinctio est Patris ad
 85 Filium, et Patris et Filii ad Spiritum Sanctum, et per consequens relatio-
 num quibus distinguuntur. Cuncta enim quae sunt propria Filio, quo-
 dammodo habent esse ab illis quae sunt propria Patri, et eadem ratione
 cuncta quae sunt propria Spiritui Sancto, ab illis quae sunt | communi-
 ter propria Patri et Filio, secundum quod hoc pateret ex supra determi-
 90 natis. Et hoc modo distinguuntur generatio activa et passiva, et similiter
 spiratio activa et passiva inter se, et similiter illa quae cum illis habent
 identitatem realem, re dico relationis, et differunt inter se sola ratione,
 de quibus sermo habitus est supra.

I' 308^{va}

In omnibus enim talibus distinctio est relationum, quia haec ab
 95 illa, sed hoc non nisi in suis suppositis. Quia enim a toto Patre in quo
 est paternitas est totus Filius, et filiatio quae est in Filio quoquo modo
 est a paternitate quae est in Patre; et similiter quia a toto Patre et Filio in
 quibus est una spiratio activa quae est in Patre et Filio, sicut et generatio
 passiva, quae est in Filio, est a | generatione activa quae est in Patre.

K" 115^{ra}

100 Unde non restat dubitatio nisi de spiratione et generatione compa-
 ratis inter se ut simpliciter accipiuntur, et generatio continet tam activam
 generationem quam passivam, et similiter spiratio tam activam spiratio-
 nem quam passivam. De quibus dico | quod distinguuntur realiter etiam
 re relativa isto | primo modo, quia generatio activa et spiratio activa
 105 simul habent esse in Patre, et generatio passiva et spiratio activa simul
 habent esse in Filio. Illorum autem quae sunt in eodem in divinis num-
 quam unum habet esse ab alio isto primo modo. Spiratio autem passiva,
 quae habet esse in Spiritu Sancto, non habet esse isto primo modo a
 generatione activa aut passiva, sed potius a spiratione activa. Secundo
 110 autem modo praedicto distinguendi relativa et reali distinctione, secun-
 dum quam scilicet hoc habet esse ab hoc, quia hoc est praeivium ad illud,
 distinguitur generatio simpliciter a spiratione simpliciter, quia spiratio
 simpliciter originem trahit a generatione simpliciter, in hoc scilicet quod
 generatio tam activa in | Patre quam passiva in Filio praevia est vel
 115 quasi ad spirationem | et activam et passivam.

E' 112^{va}B" 91^{rb}Q 83^{rb}S' 225^{vb}

Quemadmodum enim actus intellectus simpliciter praeivius est ad
 actum voluntatis simpliciter, ut | sine quo voluntas non posset in suum
 actum, sic actus intellectus, quo sic intelligit declarative, praeivius est ad
 actum voluntatis relative, ut sine quo non posset voluntas in actum
 120 talem, secundum quod haec omnia patent ex superius declaratis. Secun-

Scarp. 1089a

dum hoc enim etsi Spiritus Sanctus procederet a solo Patre, sicut et generatur Filius, isto secundo modo secundum rationem originandi hoc ab hoc, generatio activa distingueretur a spiratione activa, et similiter Filius a Spiritu Sancto, non solum autem secundum modum distinctio- nis relationum disparatarum. |

Bad 163^f

125

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum cum dicit quod «*non est distinctio realis in divinis nisi relationis originis eius qui est ab alio ad illum a quo est, qualiter non se habent inter se generatio et spiratio*», dicunt ALIQUI quod triplex est distinctio relationum: una, scilicet secundum relativam oppo- sitionem, qualis est inter relationes quibus illa, in quibus sunt, relative dicuntur inter se, ut sunt paternitas et filiatio, quae sunt relationes simpliciter quibus subiecta dicuntur invicem ad se, quando relationes illae comparantur ad diversa subiecta in creaturis. Est enim pater filii pater et e converso; et si pater est, filius est et e converso. Sunt autem relationes relative oppositae quibus subiecta a se mutuo removentur secundum quod comparantur ad idem subiectum. Si enim iste est pater illius, ergo non est filius eiusdem. – Alia vero est distinctio relationum secundum oppositionem contrarietatis, qualis est inter relationes quibus subiecta, in quibus sunt, dicuntur inter se relative illis relationibus, | sed potius inter se contrariantur, ut sunt relationes fundatae super funda- menta quae sunt contraria absoluta, qualiter opponitur similitudo fun- data super duas albedines in diversis, et similitudo fundata | super duas nigredines in aliis, et est semper ista oppositio inter duas relationes quarum utraque continet duas relationes relative | oppositas inter se et ipsarum utraque est quasi intervallum inter relationes relative oppositas. Prima autem oppositio non est nisi inter duas relationes quae sunt extrema unius quasi intervalli. – Tertia vero est distinctio relationum secundum oppositionem disparationis, qualis est inter relationes quae fundantur super fundamenta absoluta disparata, qualiter diversae relatio- nes sunt et disparatae: aequalitas fundata in quantitate et similitudo fundata in qualitate. Et est semper ista oppositio sicut praecedens inter duas relationes quae sunt quasi intervalla duarum extremitatum quae sunt relationes relative oppositae. Unde dicunt quod differunt relationes istae se ipsis formaliter sicut et sua fundamenta. Et etiam generatio et spiratio secundum quod sunt | intervalla, et communiter continent rationem actionis et passionis, isto tertio modo differunt. Quod nullo modo potest stare in divinis, quia talis oppositio non causatur nisi ex

130

130

135

1' 308^b

140

K" 115^bB" 91^{va}

145

150

155

Scarp. 1089b

160 diversitate fundamentorum, qualis non est in Deo in quo fundamentum
omnium relationum est simplex essentia deitatis, in qua relationes
fundatae semper sunt diversae secundum rationem tantum, nisi inter
ipsas sit aliquo modo ratio originis qua hoc quoquo modo habet esse ab
hoc.

165 Dico ergo secundum iam dicta quod licet «*generatio et spiratio nullam
habeant relativam | oppositionem*» secundum rationem originandi hoc ab
hoc primo modo praedictorum, ut procedit obiectio, bene habent |
inter se relativam oppositionem secundum rationem originandi hoc ab
hoc secundo modo, ut patet ex iam dictis et iam amplius patebit ex
170 dicendis in sequenti quaestione. Et secundum relationes quae sic
differunt non dicuntur aliqua relative inter se, et quoad hoc tales relatio-
nes quoquo modo sunt disparatae. Et esset etiam talis differentia inter
generationem et spirationem, etiam si Spiritus Sanctus procederet a solo
Patre sicut et Filius, quia generatio Filii adhuc esset necessario quasi
175 praevia ad spirationem Spiritus Sancti ea ratione quae iam dicta est
supra. Et secundum hoc, si Spiritus Sanctus non procederet a Filio,
esset tamen ratio originandi Spiritum Sanctum a Filio secundo modo
praedicto, et ordo quidam naturalis Filii ad Spiritum Sanctum, ut tange-
tur in sequenti quaestione, et esset distinctio Spiritus Sancti a Filio
secundum relativam oppositionem ex ratione originandi secundo modo,
180 licet secundum illas relationes neuter ad alterum diceretur, si essent
secundum hoc relationes disparatae tantum, et hoc modo unus motus in
creaturis bene potest esse ab altero, licet non primo modo. |

Ad secundum cum dicitur quod «*proxima principia generationis | et
spirationis, quae sunt natura et voluntas, non differunt in Deo nisi secundum
185 rationem, ergo nec ista*», dicendum est respondendo ut supra. |

Et quod arguitur in | contrarium, quod «*potentiae distinguuntur per
actus, | ergo non e converso*», dicendum quod potentiae quandoque ordi-
nantur ad actus differentes secundum numerum tantum, quandoque
vero ad actus differentes specie aut genere; actus <qui> secundum
190 numerum tantum differunt, ut videre hoc album vel illud, videre album
et videre nigrum. Actus | vero differentes specie sunt videre, audire et
huiusmodi. Actus | vero differentes genere sunt audire, sentire, intelli-
gere, velle. De primis actibus est verum solummodo quod *potentiae*
distinguuntur, id est | determinantur *per actus*. Eadem enim potentia
195 numero in eodem, puta visiva, non determinatur nisi diversis visionibus
quibus non proprie distinguitur. De secundis autem nequaquam; per ea
enim potentiae distinguuntur per quae determinantur actus. Ad actus
autem solo numero differentes non determinantur nisi ipsis actibus, quia
ad omnes tales actus una et eadem potentia naturalis per indifferentiam

Bad 163^{vF}Q 83^{va}Bad 163^{vG}K" 115^{va}Bad 163^{vH}E' 112^{vb}B" 91^{vb}l' 309^aS' 226^a

Scarp. 1090a

	se habet. Ad actus autem differentes specie aut genere non determinan- tur neque distinguuntur ex actibus, sed potius in se ipsis habent suam distinctionem et differentiam sive distinctionem in suis fundamentis a generante et producente illas in esse, ita quod potentiae quarum actus sunt separati habentur perfecte a producente substantias separatas in quibus sunt, exigente hoc natura earum.	200 205
Bad 163 ^{vi}	Potentiae vero quarum actus sunt in materia et organo corporali, licet in radice fundamenti habeant distinctionem a producente naturam fundamenti et sic determinationem ad actus, ulteriorem tamen determinationem recipiunt per organa corporalia in qua determinatione habent potentiae organicae perfectionem suam, ita quod anima, licet separetur cum omnibus potentiis suis, perfecte secum defert non orga- nicas, licet per illas non possit operari opera, puta intelligendi, modo quo intelligit in corpore, quia quoad talem modum agendi dependent ab organo, et hoc propter obiectum quod accipitur ab illo quod est, ut patet de actu nostro intelligendi, et per consequens de actu nostro volendi. Potentias vero organicas secum defert sub ratione imperfecta, quia sub imperfecta determinatione, et ita ut in radice tantum.	210 215
Scarp. 1090b	Et sic in Deo natura et voluntas potius sunt distinctiva actuum non emanationum inter se differentium quasi specie aut genere, ut sunt generatio et spiratio quam e converso; quod bene ex differentiis emana- tionum supra assignatis patet, ut in sequente amplius declarabitur.	220
Q 83 ^{vb}		
K ^m 115 ^{vb} Bad 163 ^{vk} Scarp. 1090a		

QUAESTIO 3

UTRUM IN DIVINIS SIT ALIQUIS ORDO NATURAE INTER GENERATIONEM ET SPIRATIONEM

	Circa tertium arguitur quod in divinis non sit aliquis ordo naturae sive naturalis inter generationem et spirationem. Primo sic. Secundum AUGUSTINUM, libro III ^o Contra Maximinum: « <i>Ordo naturae</i> in divinis est <i>non quod alter</i> prius est <i>altero, sed quod alter</i> est <i>ex altero</i> ». Spiratio autem non est ex generatione nec e converso, quia quod alter sit ex altero hoc solum personis competit. Ergo etc.	5
B ^m 92 ^{ra}		
Scarp. 1090b	Secundo sic. Non est ordo in principiatis nisi ex ordine in princi- piis; in hoc enim unigena sunt principia principiatis. Sed in divinis inter naturam et voluntatem, quae sunt principia emanationum, genera- tionis scilicet et spirationis, non est ordo naturae sed rationis tantum, quia sunt attributa essentialia aequae primo secundum rem fundata in divina essentia. Ergo etc.	10 15

20 Tertio sic. Ordo est comparatio illorum quae inter se habent respectus diversos cum respectu ad aliquod principium determinatum. Neutrum autem invenitur in comparatione generationis ad spirationem, quia non habent inter se respectus diversos, eo quod non sunt relativa inter se nec habent | respectum ad unum principium determinatum in ordine ad quod comparentur inter se, quia etsi generatio respicit | unum principium, non tamen spiratio, sed respicit duo scilicet Patrem et Filium. Ergo etc.

I' 309^b
Scarp. 1091a

25 Quarto sic. Ordo naturae importat naturalem distinctionem. Generatio et spiratio non distinguuntur naturaliter in divinis, quia ambo sunt in eadem natura, et talia inter se non distinguuntur ut sunt in eodem, quia sunt idem re. Ergo etc.

30 Quinto sic. Filio accidit generari in quantum spirat, quia non-genitus generare posset – exemplum in Adam. Et similiter Patri accidit generare in quantum spirat, quia voluntate artifex producit artificium absque primo generante. Si ergo ordo est inter generationem et spirationem, ille est per accidens.

35 Contra. Inter mediatum et immediatum secundum naturam necessario est ordo naturae, quia non sunt medium et extremum sine | ordine. Sed generatio est processio a Patre immediata, spiratio autem non est processio nisi mediante generatione, quia ad actum voluntatis, cuiusmodi est spiratio, necessario praevious vel quasi praevious est actus intellectus, cuiusmodi est generatio in divinis. Ergo etc.

Bad. 164^k

40 Secundo sic. Illa quae de se et per se et de sua ratione sunt principia ordinis naturalis, in aliis sunt naturaliter ordinata inter se, quia non est ordo in principiatis nisi ab ordine in principiis. Talia sunt generatio et | spiratio, quia generatione et spiratione ordinantur divinae personae inter se ut principiis quibus originantur. Ergo etc.

S' 226^b

45 Tertio sic. Sicut se habet generatio ad generatum, sic se habet spiratio ad spiratum, ergo permutatim, sicut se habet generatum ad spiratum, sic se habet | generatio ad spirationem. Sed generatum sic se habet ad spiratum quod inter illos est ordo naturae. Ergo etc. |

K" 116^a
B" 92^b
Bad. 164^l

<DISTINCTIONES PRAEVIAE SOLUTIONI QUAESTIONIS>

50 Ante quaestionis huius determinationem tria sunt advertenda: primum, unde oriatur; secundo, quomodo intelligatur; tertio, qualis difficultas in ea contineatur. Circa primum istorum sciendum est | quod in praecedentibus duabus quaestionibus investigantes distinctionem inter generationem et | spirationem coniecimus quod distinctionem

E' 113^a
Q 84^a

habent disparationis, quia a disparatis principiis oriuntur et eliciuntur, cuiusmodi sunt natura et voluntas. Distinctionem enim omnem realem in divinis secundum relativam oppositionem oportet reduci ad distinctionem realem disparatam. Oppositionem enim relativam inter generare et generari, similiter inter spirare et spirari, oportet reducere ad oppositionem disparationis inter generare et spirare, <quam> oportet reducere ad distinctionem rationis inter intellectum et voluntatem. Et sic per ordinem omnem distinctionem maiorem debet reducere ad minorem quousque tota reducatur, sicut et omnis pluralitas in divinis ad unitatem simplicissimam re et ratione, cuiusmodi est esse primum divinorum, simplicissimum scilicet esse, ad quod omnia alia se habent quasi per quandam attributionem et additionem, secundum quod superius diffusius expositum est.

Natura autem et voluntas, a quibus generatio et spiratio principiantur in divinis, non per uniformitatem mutuo se habent ad invicem, ut videlicet aequaliter ad alterutrum in suo actu invicem mutuo quasi dependeant vel non dependeant, quemadmodum contingit insimul trahentibus navem, quod scilicet mutuo aequaliter ab invicem dependent in suis tractibus, et sicut contingit in visu et auditu, quorum neutrum ab altero in suo actu eliciendo dependet. Sicut enim visus non requirit omnino ad actum suum sive simul sive praeivium actum auditus, sic nec e converso. Sed natura et voluntas in Deo difformiter se habent ad invicem, quia voluntas in suo actu exercendo quasi dependet ab intellectu et eius actu, et non e converso. Voluntas enim, ut eliciat actum volendi, necessario requirit quasi praeivium actum intellectus, quemadmodum actus intellectus in hominibus requirit praeivium actum phantasiae, quia non intelligimus nisi ex phantasmatis existentibus in actu. Igitur voluntas necessario requirit quasi praeivium actum intellectus, sed non e converso intellectus quoad suum actum eliciendum requirit actum voluntatis praeivium. Nunc autem ita est quod ubi duo se habent sic quod unum necessario praeivium vel quasi praeivium est ad alterum, in quantum huiusmodi, necessario est ordo aliquis inter illa, prout procedit prima ratio ad secundam partem quaestionis inducta.

Quare, cum generatio in divinis sit actus intellectus et spiratio sit actus voluntatis, secundum superius declarata, generatio ergo necessario in divinis praevia est ad spirationem, quare necessario inter generationem et spirationem est aliquis ordo. Propter quod restabat videre quis et qualis ordo esset inter generationem et spirationem. Et quia doctores non signabant in divinis praeter ordinem rationis in attributis alium ordinem nisi ordinem naturae, et hoc solummodo inter divinas personas, secundum quod in primo argumento propositum est secundum

Scarp. 1091b

I' 309^{va}B'' 92^{va}Bad. 164thK'' 116thBad. 164th

- 95 AUGUSTINUM, idcirco restabat dubitatio: utrum inter generationem et
 spirationem, quae non sunt personae sed emanationes quibus emanant
 personae, esset ordo naturae. | Bad. 164^{rO}
Scarp. 1092a
- 100 Circa secundum praedictorum est advertendum quod ordo
 naturae tripliciter accipitur: primo materialiter, secundo elicitive, tertio
 subiective. In divinis autem non potest esse ordo naturae materialiter,
 quia in illis quae materialiter ordinantur ordine naturae, ipsa natura
 eorum in illis ordinatur et habet esse in illis per ordinem quendam,
 quemadmodum est ordo naturae inter duas species sub eodem | genere, Q 84^{tb}
 quia in divisione generis per differentias nobiliter est alterum extremum
 105 contrarietatis, et nobiliori differentia constituitur nobilior species, quia
 ut per rationale quam per irrationale in divisione animalis, per animatum
 quam per inanimatum in divisione corporis. Et est iste ordo secundum
 differentias ordinis quae sunt superius et inferius in gradu dignitatis et
 perfectionis naturae, quales gradus in divinis inveniri non possunt in
 110 quibus non est nisi una natura.
- Similiter in divinis non potest proprie esse ordo naturae elicitive,
 quia in illis quae elicitive ordinantur ordine naturae, ipsa natura eorum in
 ipsis existens illa ordinat, quemadmodum ordo naturae est inter florem
 et fructum, quia natura naturaliter ex flore fructum producit. | Dico Bad. 164^{rP}
 115 autem quod in divinis proprie non potest esse ordo iste, et hoc quoad
 tres personas. Licet enim natura | sit elicitive principium ordinis inter
 Patrem et Filium, quia Pater simpliciter producit | Filium modo naturae,
 et secundum principaliorum modum naturae, non tamen proprie est
 principium elicitive principaliter ordinis inter Patrem et Filium ex una
 120 parte et Spiritum Sanctum ex alia, quia Pater et Filius producunt Spiritum
 Sanctum modo voluntatis, et Filium modo naturae quoquo modo,
 non tamen principaliter, neque secundum principaliorum modum
 naturae, secundum quod superius declaravimus. Quia tamen Spiritus
 Sanctus aliquo modo producit | modo naturae, et principalior modus B" 92^{vb}
 125 naturae quo producit Filius est origo processionis quae est modo non
 principaliori, ideo diximus superius quod ordo in divinis personis est
 modo naturae elicitive. Sed quia hoc non est omnino proprie quoad
 ordinem Spiritus Sancti ad Patrem et Filium, ideo distinctioni bimembri
 ibi positae hic adiunximus tertium sub quo proprie continetur omnis
 130 ordo naturae in divinis. | Bad. 164^{vO}
- Sed est in divinis ordo naturae subiective, | qui est in illis quae in
 eadem natura eis quasi subiecta et substrata | ordinate | subsistunt aut
 existunt; sed hoc vel in eadem natura secundum speciem, differente
 autem secundum numerum, vel in eadem natura singulari omnino
 135 indifferente. Primo enim modo est | ordo naturae quandoque in diver- I' 309^{vb}
K" 116^{va}
E' 113^{rb}
Scarp. 1092b

sis individuis sub eadem specie, puta in diversis hominibus, quorum unus est pater alterius. Secundo modo est in divinis personis inter Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. Et differt ordo in istis tribus modis, quia primus non est secundum superius et inferius in gradu naturae; secundus autem non est natura secundum prius et posterius in tempore; sed tertius prout invenitur in creaturis aliquando non est nisi secundum prius et posterius in tempore, sicut pater prior est filio, aliquando autem est sine priori et posteriori in tempore, sed non sine priori et posteriori natura, quemadmodum ordo naturae est in illuminatione aeris a sole quoad partem eius superiorem et inferiorem. Pars enim superior natura, id est naturali aptitudine, prius illuminatur a sole quam inferior, quia pars superior immediate illuminatur a sole, pars autem inferior non recipit illuminationem nisi a parte superiori et mediante illa.

Tertius autem modus, prout invenitur in divinis, est omnino sine superiori et inferiori gradu naturae, et sine priori et posteriori tempore aut natura; non tamen est sine ratione primi, secundi et tertii, ut patet ex diu superius declaratis. Et sicut in primo modo est ordo naturae quia unum illorum est superius altero in gradu naturae, sic in isto tertio modo est ordo naturae, quia unum illorum est ab altero, ita quod si esse unum illorum ab altero amoveretur, etiam in creaturis, | nullus esset ordo naturae inter illa omnino, quia inter individua, quae sunt sub eadem specie, non est ante similiter neque post, et hoc secundum primum modorum dictorum, prout vult PHILOSOPHUS in V^o Metaphysicae. An autem sit secus in omnibus animalibus, de hoc nihil ad praesens. Sed quia clarum est secundum dicta sanctorum quod in divinis est ordo naturae inter divinas personas quod una est ab altera, prout tactum est secundum AUGUSTINUM in primo argumento, non autem ita clarum est an talis ordo sit inter ipsas divinas emanationes, quia nequaquam ita potest dici una earum esse ab altera, | eo quod esse ab alio et esse a quo alius est proprie personarum, sicut et generare et generari, spirare et spirari, eo quod omnis actio notionalis in divinis procedit a persona et terminatur in personam, prout procedit primum argumentum, ideo dubium est an sit ordo naturae inter divinas emanationes quae sunt generatio et spiratio, licet certum sit ex praedeterminatis quod ordo aliquis sit inter illas. |

Circa tertium est considerandum quod quaestio ista multum est involuta et multos sinus habet. Generatio enim simpliciter dicta | comprehendit et generationem activam existentem in solo Patre et generationem passivam existentem in solo Filio, et similiter spiratio | comprehendit et spirationem activam existentem communiter in Patre et Filio et spirationem passivam existentem in solo Spiritu Sancto, ut quaestio

Q 84^{va}B^m 93^aBad. 164^{va}

Scarp. 1093a

K^m 116^{vb}

140

145

150

155

160

165

170

175

proposita de ordine inter generationem et spirationem intelligatur de
 generatione et spiratione ut comprehendunt generationem activam et
 passivam et similiter spirationem activam et passivam. Ubi oportet
 180 considerare ordinem generationis activae in Patre ad generationem
 passivam in Filio | et similiter spirationis activae in Patre et Filio ex una
 parte ad spirationem passivam in Spiritu Sancto ex altera, et similiter
 ordinem et generationis activae et passivae ad spirationem tam activam
 quam passivam, et similiter spirationis activae prout est in Patre ad
 185 eandem prout est in Filio. |

I' 310^a

Bad. 164^v^s

<SOLUTIO>

Descendendo ergo ad quaestionem dico, secundum iam superius
 in quaestione praecedente inchoata, quod ratio originis qua hoc habet
 esse ab hoc sive ex hoc, dupliciter habet esse inter aliquos aut aliqua:
 190 uno modo proprie, scilicet quia unum eorum proprie est | principiatum
 alterius et ab illo habet emanare per suam actionem, ut terminus actionis
 illius quod est eius principium; alio modo communiter et minus proprie
 secundum usitatum modum loquendi sanctorum, quia scilicet licet
 unum eorum non sit principiatum ab altero per eius actionem ut a suo
 195 principio, quia sic esse principiatum et principium solummodo suppositum
 est, quorum est elicere actionem et terminare illam, tamen unum
 illorum est quasi praevium ut alterum sit. Primo quidem modo non est
 ordo originis seu naturae nisi inter tres divinas personas secundum se
 subsistentes, scilicet inter Patrem et Filium, quia a Patre est Filius, et sic
 200 | inter ipsos est unus ordo naturae; et similiter inter Patrem et Filium ad
 Spiritum Sanctum, quia a Patre et Filio est Spiritus Sanctus. Et sic inter
 ipsos est secundus ordo, de quo nihil ad praesens, sed aliquantulum
 habitum est supra. |

S' 226^b

Bad. 165^s

Bad. 165^r^T

Secundo autem modo est ordo naturae inter divinas emanationes
 205 quae sunt generatio et spiratio, de quibus proponenda est quaestio. Una
 enim non est principiata ab altera, nec habet ab illa emanare per eius
 actionem eo quod «*actionis non est actio*», et similiter | neque a generatione
 activa aut spiratione activa generatio aut spiratio passiva nec e converso,
 tamen una earum est praevia ad alteram ut sit, et sic ut originetur | non
 210 ut subsistens in se sed ut existens in alio. Sed hoc contingit dupliciter:
 uno modo emanatio una potest esse praevia ad alteram positive et
 propter quam alia quodammodo | habet esse; alio modo negative et
 solummodo sine qua alia non habet esse omnino. |

B" 93^b

Q 84^b

Scarp. 1093b

Bad. 165^v

E ⁿ 113 ^{va}	<p>Primo istorum modorum adhuc contingit dupliciter: quia emanatio originata ut existens in aliquo subsistente, non ut in se subsistens, et hoc ab alia per hoc quod praevia est illi; aut est originata in illo alio ut in subsistente per ipsam aut in non subsistente per ipsam.</p>	215
K ⁿ 117 ^{va}	<p>Et primo istorum duorum modorum est ratio originis et ordinis naturae inter quattuor secundum duplicem ordinem. – Unum inter generationem activam in Patre et passivam in Filio et per quam in subsistentia constituitur Filius. – Alium inter spirationem activam in Patre et Filio et spirationem passivam existentem in Spiritu Sancto per quam in subsistentia constituitur Spiritus Sanctus. Procedit enim isto modo generatio passiva a generatione activa, et similiter spiratio passiva a spiratione activa secundum modum quo a philosophis, quibus libere loqui licitum fuit, dictum est quod «<i>passio est effectus illatioque actionis</i>», sed hoc non est procedere ab alio proprie, quemadmodum persona procedit a persona in se subsistendo, sed potius proprie haberi per aliud in eo quod subsistit tamquam passio quaedam in ipsa per actionem illius alterius. Proprie enim generari Filii in Filio est a Patre per generare Patris.</p>	220
I ⁿ 310 th	<p>Secundo autem modo iam dicto est ratio originis inter generationem activam et spirationem activam, per quam spirationem activam non subsistit persona, nec substituitur in personalitate, secundum quod inferius declarabitur. Habet enim esse in Patre et Filio spiratio activa per generationem activam Patris, quia per hoc quod Pater generat communicatur voluntas Patris Filio, ex quo etiam existit voluntas duorum, quae solius Patris erat quantum ex se erat. Et per hoc voluntas illa est concors et fecunda ad eliciendum actum productivum personae Spiritus Sancti, qui est spirare. Et sic a generatione activa habet quoquo modo originari positive vis spirativa, et per hoc in sua origine etiam actus spirandi active in illis in quibus est illa concors voluntas, scilicet in Patre et Filio. Et per hoc est ordo quidam naturae generationis ad spirationem activam in Patre et Filio, et ulterius mediante spiratione activa ad spirationem passivam in Spiritu Sancto quae ab illa procedit secundum dictum modum.</p>	235
B ⁿ 93 ^{va}	<p>Sed dices quod divina essentia habet esse in Filio per generare Patris, et tamen non dicitur esse aliquis ordo inter generare Patris et essentiam divinam. Dico quod secus est, quia essentia alias habet esse, scilicet in Patre, quam per generare, et ideo ut existens non per generare communicatur Filio et sine ordine ad generare. Spirare autem non habet alias esse in divinis quam a generare in Patre et Filio secundum dictum modum. Et sic ipsum spirare quoquo modo habet esse a generare, propter quod est ordo inter illa. </p>	250
Scarp. 1094a		
Bad. 165 ^{ix}		

- 255 Loquendo autem de ratione originis negative et sine qua non
 penes secundum membrum primae subdivisionis, dico quod a generati-
 one passiva quae est in Filio, qua scilicet Filius genitus est, habet esse
 spiratio activa communiter in Patre et Filio. Et est ordo naturae secun-
 dum hoc inter generationem passivam et spirationem | activam, quia
 260 nec | per generationem passivam communicatur voluntas Patris Filio,
 nec est concors et fecunda in eis, non tamen sine ipsa praevia habet
 Filio communicari, quia ipsa est de constitutione Filii, qui ut Verbum
 necessario secundum praedicta | praevis est ut habeant Pater et Filius
 vim spirativam active. Q 85^a
- 265 Secundum hos ergo modos, partim positive partim negative,
 generatio communis ad activam et passivam est quasi praevisum et
 principium respectu spirationis communis ad activam et passivam, et
 hoc positive quoad generationem activam et negative quoad generatio-
 nem passivam. Et quia una et simplex est spiratio activa, quae commu-
 nis est Patri et Filio, in ipsa non cadit aliquis ordo prout est Patris et
 270 prout est Filii, quia in spirando active sunt unum principium. Et ideo
 absque naturae ordine in spiratione activa ut est Patris et ut est Filii,
 generatio activa et passiva sunt primum et principium spirationis activae,
 unum positive ut est Patris scilicet generatio activa, et alterum negative
 275 ut est Filii scilicet generatio passiva, secundum quod iam dictum est.
 Ordinem tamen quendam in principiando spirationem activam, prout
 est in Patre et in Filio, habent inter se generatio activa in Patre et
 generatio passiva in Filio. Eo enim ordine qui est inter generare et
 generari, procedit spirare ab utroque prout est in Patre et in Filio, quia
 280 non procedit ab eis nisi prout pertinet ad actum generationis communi-
 ter continentis et generationem activam et passivam, ad quem pertinet
 ordine quodam secundum dicta. In principiando autem ipsum spirare
 prout habet | esse in Filio, nullum ordinem habent omnino generare et
 generari. | Quod proculdubio verum est ponendo secundum Latinos
 285 Spiritum Sanctum procedere communiter a Patre et Filio, sed si secun-
 dum Graecos Spiritus Sanctus procederet | a solo Patre, in parte idem
 esset sentiendum de hoc et in parte aliud. Idem sentiendum esset quoad
 hoc, videlicet quod generatio esset | quasi praevisum et principium
 respectu spirationis, etiam si Spiritus Sanctus procederet a solo Patre et
 290 principium spirativum in ipso | esset voluntas ut voluntas simpliciter et
 solius Patris et non ut concors duorum, quia voluntas etiam ut solius
 Patris est, sicut non potest exire in actum volendi simpliciter et essentia-
 liter nisi praevia notitia simpliciter et essentialiter in intellectu, sic nec
 eadem voluntas potest exire in actum volendi et incentive et notionaliter
 295 qui est spirare, nisi praevia notitia declarativa. In Deo enim actus intel-

S' 227^aK" 117^bQ 85^aBad. 165^{vX}Bad. 165^{vY}B" 93^{vb}I' 310^a

Scarp. 1094b

	lectus et voluntatis communicantes semper sibi correspondent. Et secundum quod dictum est supra et amplius dicitur adhuc, ita diligere simpliciter est actio simplex sive simpliciter dicta voluntatis ut est libera,	
E' 113 ^{vb}	spirare vero sive diligere incentive est actio eiusdem perfecta; sic et intelligere simpliciter est actio simplex sive simpliciter dicta intellectus ut	300
K" 117 ^{va}	est natura; generare sive dicere est actio eiusdem perfecta; ita quod, sicut tali actione perficitur intellectus per notitiam declarativam quae est Verbum, sic dicta actione spirandi sive diligendi incentive perficitur voluntas per amorem incentivum qui est Spiritus Sanctus. Secus autem esset et aliud sciendum quoad hoc, videlicet quod si a solo Patre procederet Spiritus Sanctus, generatio communis ad activam et passivam solummodo negative esset quasi praeivium et principium ad spirationem, nihil operando positive ad productionem actus spirationis activae a voluntate circa voluntatem. Sic neque operatur circa ipsam in nobis ad producendum actum volendi sive simplicem sive incentivum, in quibus intellectus suo actu sive intelligendi sive dicendi non movet voluntatem, nec quidquam positive circa eam facit ut fiat in actu, sed ipsa sola se ipsam facit esse in suo actu, licet non nisi praevia actione intellectus, secundum quod in quaestionibus De Quolibet saepius exposuimus.	305 310
Q 85 ^{tb}		315
	Ipsa enim voluntas in nobis actus suos elicit sola libertate sua et nulla naturalitate, sive quam habet ex se in ordine ad actum suum eliciendum sive quam nata sit recipere ab alio ut a motu intellectus, secundum quod dicunt ALIQUI, nisi quatenus voluntati naturale est quod sit libera sic quod sua libertas sit sua natura et ita naturale sit ei actum suum elicere libere et suo ultroneo appetitu proprio, et nullo festino a se ipso neque violento impulsu neque consentaneo sibi seu convenienti motu eius ab alio, puta ab intellectu, ut QUIDAM dicunt. Quae omnia excludit libertas voluntatis, quia est propria condicio potentiae pure activae et nullo modo passivae, sicut e converso necessitas naturalitatis virtutis pure passivae, quae excludit omnem libertatem. Libertas enim solius virtutis activae condicio est et nequaquam passivae. Aliquid enim solummodo libere agit et non naturaliter sed nihil libere patitur; sed quidquid patitur id quod patitur solum naturaliter sive sola naturalitate patitur, ut mirum sit quomodo ALIQUI possunt dicere voluntatem esse vim passivam, libere tamen. Sive enim voluntas ponatur pati modo congruenti naturae suae, qualiter dicunt ALIQUI ipsam pati ab intellectu, sive modo non congruenti naturae suae, utroque modo patitur id quod patitur absque omni libertate, sed sola recipiendi necessitate illata sibi ab alio. Quae tamen libertas voluntatis ex parte ipsius voluntatis elicientis suum actum nullo modo excludit necessitatem immutabilitatis circa	320 325 330 335
B" 94 ^{ra} S' 227 ^{tb} Scarp. 1095a		

ipsum actum in eliciendo ipsum et in processu eius a | voluntate. Talis
 enim necessitas non est nisi modus quidam circa | actum et quoad eius
 340 processum ab elicente et quoad eius processum in terminum sive
 obiectum, ut tactum est in praecedenti quaestione. Quae quidem neces-
 sitas circa actionem voluntatis est coniuncta eius libertati non ratione
 voluntatis circa finem ultimum et summe diligibile quod sic ad se ligat
 voluntatem quod postquam visum et cognitum fuerit, nulla voluntas
 345 creata aut increata ab illo se potest divertere. Sed hoc non quia obiectum
 cognitum aliquid agit in voluntatem, sed quia ipsa in illo nata est quies-
 cere naturaliter ut in suo fine in quo se tenet vi eiusdem libertatis qua se
 movet in illud. Sicut autem voluntas nostra ab actione intellectus sive
 intelligendi sive dicendi praevia nullam vim aut immutationem habet ad
 eliciendum suum actum sive amationis simplicis sive incentivae, sed
 350 solummodo a se ipsa, sic neque voluntas Patris, si a solo Patre proce-
 deret Spiritus Sanctus, suam fecunditatem aut quidquid aliud reciperet
 ab actione intellectus, sive sit actio intelligendi vel gubernandi sive
 dicendi praevia, quamvis non sine illa praesupposita quasi removente
 prohibens. Unde si uniformiter se haberent inter se voluntas et intellec-
 355 tus in eodem, ut sicut intellectus non requirit praeviam actionem volun-
 tatis, sic nec e converso actio voluntatis non requireret praeviam actio-
 nem intellectus, sicut se habent in eodem auditus et visus, quia neuter
 illorum sensuum et ad actum suum requirit actionem alterius praeviam,
 tunc aequae primo naturaliter absque omni ordine rerum, si solus Pater
 360 generaret Filium et spiraret Spiritum Sanctum, non plus ordine naturae
 esset praevia spirationi generatio sicut | nec e converso. | Sed quod
 modo est ordo naturae inter generationem et spirationem | si solus
 Pater ponatur spirare, hoc non est nisi quia voluntas ad suam actionem
 requirit praeviam | voluntatem. Et sic ordo naturae intercidit propter
 365 solam necessitatem voluntatis, nequaquam intellectus, quia si Pater non
 spiraret, si solus natus esset spirare, generaret tamen, ita quod licet
 impossibile esset eum ponere generare et non spirare, quia quidquid est
 in Deo necessario est in ipso et impossibile est non esse in ipso; et
 quidquid non est in ipso impossibile est esse in ipso, et hoc propter eius
 370 incommutabilitatem. Non tamen ponendo quod generaret et non spira-
 ret, in hoc ponerentur impossibilia, eo quod generatio nulla neces-
 sitate requireret spirationem subsequentem, sicut neque intelligere in
 nobis aliqua necessitate requirit quod subsequatur velle.

Et sic si postquam solus Pater ponatur generare et spirare,
 375 necessario | est ordo naturae inter generare et spirare, hoc est quia
 voluntas ratione sui actus ad intellectum aliquem naturalem respectum
 habet, sed non e converso. Et quod intellectus, si habet aliquem respec-

K" 117^{vb}l' 310^{vb}Bad. 166^{ry}Bad. 166^{rz}B" 94^{rb}Q 85^{va}

Scarp. 1095b

K" 118^{ra}

<AD ARGUMENTA>

Quod ergo arguitur primo «quia *secundum AUGUSTINUM* | *non est*
ordo naturae in divinis nisi quia alter est ex altero quod solum convenit personis»,
 415 dico quod verum est proprie loquendo secundum quod loquitur AUGUS-
 TINUS; et hoc solummodo de ordine naturae inter divinas personas. De
 quo licet solummodo expresse loquatur nihil tangendo de ordine
 emanationum, | quia tamen personae non ordinantur, quia altera ex
 420 altera nisi per ipsas emanationes quibus habent esse altera ab altera,
 impossibile esset ordinem esse in personis nisi esset in emanationibus
 eorum. Et propterea, licet illum non expressit, per illum tamen quem
 expressit intellexit de alio et insinuavit nobis illum intelligendum.
 Spiritus Sanctus enim sic suam Ecclesiam ordinavit ne praecedentes
 425 doctores omnia et singula declararent et exponerent quae declaranda et
 exponenda essent in Ecclesia, ut aliquid invenirent declarandum doctores
 sequentes in quo proficerent, ut secundum hoc usque in finem
 saeculi semper magis et magis declarabitur et cognoscetur doctrina
 veritatis, secundum quod supra versus principium disputationis nostrae
 declaravimus.
 430 Unde GREGORIUS, libro XXVII^o *Moralium* super illud Iob 37:
 «Aufert stillas pluviae et effundit imbres ad instar gurgitis» dicit sic: «An
 Moyses astrum pluviae extitit? An non Isaias, an non Ieremias et prophetae ceteri
 astra pluviae fuerunt qui in praedicationis culmine erecti quasi verborum guttis
 obcaecationis humanae pulverem rigando praesunt? Cum prophetas abstulit, eorum
 435 vice Dominus apostolos misit, qui in similitudine gurgitum pluerent postquam
 subductis antiquis patribus exteriora praedicamenta tacuissent. Quia dum praedica-
 tores legis ad secreta intima retulit, per dicta sequentium uberius vis praedicationis
 emicavit. | Reductis etiam ad superna apostolis per expositorum sequentium linguas
 | fluentia divinae scientiae | diu abscondita largiori effusione patefecit. | Nam quod
 440 illi sub brevitate locuti sunt, hoc exponendo multipliciter auxerunt, quia dum multo-
 rum praecedentium dicta colligunt, ipsi in eo quod asserunt profundius dilatantur.
 Nam dum testimonia testimoniis iungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt». Et sicut
 hic dicit GREGORIUS de doctoribus, puta Hilario, Augustino, Ambrosio
 et ceteris qui secuti sunt apostolos quoad ea quae apostoli et praecedentes
 445 doctores obscura reliquerunt, sic dici potest de doctoribus qui illos
 subsecuti et de ceteris secundum quod suis temporibus succedent post
 alios. /
 Nequaquam tamen propter hoc debent se posteriores praeferre
 prioribus, quia nisi ab illis accepissent, nihil amplius protulissent, dicente
 450 GREGORIO ibidem. Sed nequaquam se apostolis expositores in scientia
 praeferant cum | exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe inces-

Q 85^{vb}

K" 118^o

Bad. 166^{va}

I' 311^{rb}

Scarp. 1096b

B" 94^{vb}

Bad. 166^{vb}

K" 118^{va}

- santer debent per quos eiusdem scientiae inventiones acceperunt. Quia si ex sanctis apostolis vim intelligentiae non acciperent, nequaquam per ora doctorum largior maneret. Et hoc est quod aperte dicit AUGUSTINUS in Sermone de Assumptione Beatae Virginis: 455
- E' 114^{tb} «*Quaedam Scriptura Sacra veris indagacionum studiis quaerenda | reliquit, quae*
Q 86^{ra} *non sunt superflua aestimanda dum vera indagacione | fuerint patefacta. Fecunda est enim veritatis auctoritas, et dum diligenter discutitur de se gignere quod ipsa est cognoscitur. Saepe enim discussa veram intelligentiam parit quam manifestis sermonibus abscondit*». Quid ergo dicendum est unde divina Scriptura nihil 460
- S' 227^{vb} commendat nisi | quaerendum ratione quid consentiat veritati fiatque ipsa veritas auctoritas, sine qua necesse est nec valeat auctoritas? Haec digrediendo diximus ne aliquis miretur si aliqua ex dictis sanctorum declarando investigare nitimur quae in scriptis praecedentium investigata non inveniuntur. 465
- Dico ergo, revertendo ad propositum, quod AUGUSTINUS locutus est de hoc proprie loquendo et circa personas tantum. Communiter tamen loquendo et quodammodo improprie, bene est hoc ex hoc inter emanationes secundum praedictum modum tactum in prima divisione praeposita. | 470
- Bad. 166^{vc} Ad secundum quod «*inter naturam et voluntatem in divinis quae sunt principia emanationum non est ordo naturae sed rationis tantum, quare neque inter emanationes*», dico quod licet hoc verum sit de natura et voluntate in divinis ut sunt pure essentialia et principia quasi remota emanationum, in quantum tamen sunt contracta ad notionalia et principia emanationum quasi proxima secundum modum superius expositum, inter ipsa bene est ordo naturae, quia, ut iam dictum est, voluntas non est fecunda et quasi proximum principium eliciendi actum spirationis | 475
- Scarp. 1097a nisi praecedente actu notionali naturae. /
- Bad. 166^{vd} Ad tertium dicendum quod «*ordo est comparatio duorum | per*
B" 95^{ra} *respectus inter se cum respectu ad aliquod principium determinatum*», dico quod quandoque verum est quod ordo aliquorum inter se aliquando accipitur in respectu ad aliquod principium ad quod ambo ordinantur, puta in tempore praeterito et futuro est ordo inter praeterita inter se et similiter inter futura inter se respectu praesentis. Praeteritum enim est 485
- prius quod est remotius a praesenti et posterius quod est proximus praesenti. E contra autem futurum est prius quod est proximus praesenti, posterius autem quod est remotius a praesenti. Illud tamen non semper est necessarium; bene enim contingit aliqua esse | ordinata inter 490
- K" 118^{vb} se non tamen in respectu ad | aliquod tertium, puta duo individua sub
l' 311^{va} eadem specie quorum unum est ab altero, ut filius a patre, quae, ut

comparantur ad tertium, puta ad illam speciem, in respectu illius nullum habent ordinem omnino, sicut dictum est.

495 Et sic est in divinis absque comparatione ad tertium inter tres personas et similiter inter earum emanationes, nisi velimus dicere quod emanationes ordinem habent inter se, et hoc respectu Patris, qui est principium et origo ambarum emanationum. Quamquam enim spiratio activa sit in respectu ad duo quia procedit a Patre et Filio, hoc tamen est per reductionem unius illorum ad alterum, quia quod Filius habet vim spirativam, illam habet a Patre. /

Bad. 166^{vE}

500 Quod arguitur quod «generatio et spiratio nullum respectum *habent inter se* quia *non sunt relativa*», dicendum secundum praedicta quod non omnis respectus ponit relationem qua respectus habentes relative dicuntur inter se. Vel possumus dicere quod secundum modum quo est ordo generationis ad spirationem et hoc ab hoc, eodem modo est relatio inter illa, sed innominata sunt extrema eius sicut et relationis inter Patrem et Filium essent extrema innominata, si non essent imposita haec nomina 'Pater' et 'Filius', 'generans', 'genitus', et reduceretur illa relatio ad tertium genus relationis quod est in activis | et passivis, ad 505 quod pertinet relatio inter Patrem et Filium. Sed relatio illa, quantum est ex parte generationis, non est alia secundum rem a relatione quae est inter Patrem et Filium, sicut nec alia actione fecundatur voluntas ad actum spirandi quam qua generatur Filius, nec alia est actio qua produci- 510 tur Spiritus Sanctus quam spiratio activa, ut non oporteat ponere plures quam quatuor relationes reales et notionales. Et secundum hoc genera- 515 tio et spiratio non solum | distinguuntur ut relationes disparatae, sed quoquo modo ut relative oppositae. |

Q 86^o

Scarp. 1097b

Bad. 167^{rF}

B" 95^o

520 Ad quartum quod «generare et spirare *non / distinguuntur naturaliter* et ideo nec habent ordinem naturae, quia *ambo sunt in eodem* et ita *idem res*», dico quod argumentum hoc procedit secundum illos QUI ponunt quod quidditas relationis et distinctio non est nisi ex ordine et in ordine ad alterum ad quod relative dicitur. QUI etiam dicunt quod non est distinctio inter relationes disparatas, sed solum inter relative oppositas, ita quod si non consideretur relatio in ordine ad illud sed ad aliud, non 525 distinguitur ab illo secundum rem et proprietatem suam, qualis est consideratio spirationis activae ad generationem quia sunt in eodem. Sed ponendo quod relatio quidditatem habet a fundamento absque operati- one rationis, licet non sine opposito et respectu ad illud, non procedit argumentum, quia relationes ad diversa opposita ex hoc solo quod in 530 eodem | fundantur diversimode, sicut divinum et paternitas | fundantur in eodem in ordine ad diversa opposita, bene distinguuntur inter se ut disparata, quia una comparatio non aufert aliam. Et sic licet in eodem

K" 119^{ra}
S' 228^{ra}

	sint generatio et spiratio et ad diversa opposita inter se, tamen bene possunt esse re distincta naturaliter et realiter ut disparata et per hoc esse ordo naturae inter illa, sed non ex hoc quia sunt disparata et ad diversa opposita, sed quia unum eorum quoquo modo habet esse ab altero; et per hoc habent quoquo modo relationem, licet innominatam, inter se, quae tamen non distinguitur ex una parte a relatione quae est inter generare et generari, et ex alia parte a relatione quae est inter spirare et spirari, sicut dictum est.	535
E' 114 ^{va}		
Bad. 167 ^{CG}		540
I' 311 ^{vb}	Ad quintum quod « <i>accidit generanti</i> et generato spirare, ergo ordo per accidens solummodo est inter praedicta et non ordo naturae licet non est <i>per accidens</i> », dico quod tam Patri quam Filio non accidit generare aut generari, immo est necessarium et naturale secundum praedicta. Et non est simile de homine generante absque eo quod generatus, quia etsi non potest esse generatus, est tamen creatus aut factus et ab alio in esse productus, quod 'generari' appellamus quoquo modo. Et sic non solum Filio in divinis necessarium est prius generari si debeat spirare, sed etiam cuicumque habenti esse ab alio necesse est generari quoquo modo ut generet. Similiter non est simile de artifice et Deo Patre, quia artifex non habet vim artis ad producendum artificium ex eo quod generaret, sicut habet Deus Pater secundum iam dicta.	545
Bad. 167 ^{HD}		
Scarp. 1098a	Quod dicitur primo arguendo in oppositum quod « <i>inter mediatum et immediatum</i> necessarius est ordo etc.», dico ad intellectum, non ad dissolutionem rationis, quod in emanationibus divinis dupliciter habetur mediatum et immediatum: uno modo inter personas producentes, quia Spiritus Sanctus immediate procedit a Patre et Filio, et etiam mediante Filio in quantum vim spirativam habet a Patre, de quo non procedit argumentum; alio autem modo inter ipsas emanationes in ordine ad personas a quibus procedunt emanationes, de qua mediatione procedit argumentum. Spiratio enim procedit a Patre et Filio mediante generatione activa et passiva praedicta.	555
B'' 95 ^{va}		
Scarp. 1098b		560
Q 86 ^{va}		
Bad. 167 ^{FI}	Alia autem duo argumenta bene et clare procedunt.	
Scarp. 1098a		

QUAESTIO 4

UTRUM GENERATIO SIT PRINCIPALIOR PRODUCTIO QUAM SPIRATIO

K'' 119 ^{vb}	Circa quartum arguitur quod generatio non sit principalior productio quam sit spiratio, sed potius e contrario. Primo sic. Illa est principalior quae procedit a potentia sive virtute principaliore, quia sicut se habet potentia ad potentiam in principalitate et aliis condicionibus, sic	5
-----------------------	---	---

actus ad actum. Sicut enim visus principalior sive nobilior sensus est, sic et actus eius, qui est videre, nobilior sive principalior actus sentiendi est. Quare, cum voluntas est vis sive potentia principalior quam intellectus, quia dominium habet in nobis super intellectum, ut alibi saepius declaravimus, quare in Deo et actus voluntatis, cuiusmodi est productio quae est spiratio, principalior est quam actus intellectus, cuiusmodi est generatio.

Secundo sic. Illa productio est principalior per quam adipiscitur maior perfectio, quia «*actus determinantur per obiecta*». Sed maior est perfectio qua voluntas sua productione perficitur in amore procedente quam qua intellectus perficitur in notitia procedente, quia per amorem amans convertitur in amatum, per notitiam autem noscens solum cognito informatur, ut alibi satis declaravi. Ergo etc. |

Scarp. 1098b

In contrarium est RICARDUS cum dicit quod Filius procedit secundum modum principaliorum, ut habitum est supra. Procedit autem secundum generationem. Ergo etc. |

Bad. 167^K

<SOLUTIO>

Dico in divinis de principalitate esse sentiendum sicut et de auctoritate et de maiori. Haec enim fundantur super rationem principii sive primitatis in originando; et ob hoc auctoritas attribuitur Patri respectu Filii et similiter principalitas atque maiori. Principalitas autem, auctoritas et maiori conveniunt Deo respectu creaturae ratione respectus sive relationis secundum rationem; respectu vero personarum divinarum inter se Deo conveniunt ratione respectus realis. Licet enim in Deo magnitudo non nisi substantiam absolutam et absolute significet; tamen quod secundum HILARIUM Pater dicitur maior esse Filio, hoc non dicitur nisi ratione relationis. Dicitur enim secundum HILARIUM et DAMASCENUM maior Filio etiam non habendo respectum ad humanitatem Filii, et hoc quia Pater ipse habet in se vim | principii | Filium. | Et per hoc etiam habet principalitatem et auctoritatem respectu Filii, dicente DAMASCENO de maiori Patris libro I^o cap. 9^o: «*Cum audimus maiorem Filio Patrem, causam intelligimus*». Ubi sumit DAMASCENUS nomen causae | pro nomine originis sive | principii secundum quod se exponit | parum ante dicens sic: «*neque secundum aliud, hoc est quam quoniam Filius ex Patre genitus est*». Et hoc secundum hunc modum etiam cum audimus auctorem Filii Patrem vel principalem personam in divinis esse Patrem, causam intelligamus, quia scilicet Filius est ex Patre. | Et per aliqualem consimilem modum in proposito, quia vis

K^o 119^{va}B^o 95^{vb}I^o 312^aBad. 167^{vK}S^o 228^{rb}

Scarp. 1099a

Bad. 167^{vL}

spirativa quoquo modo ortum habet a vi generativa, quantum ordine quodam naturae generatio quasi praevia est ad spirationem secundum modum iam supra expositum. 45

Dico quod principalior productio in divinis est generatio quam spiratio, quia scilicet per actum generationis quasi praeivum habet Pater quod possit spirare secundum modum praeexpositum, et etiam ipsi Filio vim suam spirativam generando communicat. Propter quod etiam Pater dicitur principaliter spirare Spiritum Sanctum, ut habitum est supra. Sed hoc non in quantum immediate spirat et Filius aequae immediate cum ipso quia una et eadem vi spirant, sed in quantum Pater spirat mediante Filio eo quod Filius habet per sui generationem a Patre etiam vim spirativam ab illo. Et secundum hoc concedenda est ratio pro hac parte adducta, quamvis RICARDUS non dicat simpliciter quod Filius procedit secundum principaliorum modum quam Spiritus Sanctus, sed quod procedat secundum principaliorum modum naturae. Alia enim ratione dicitur generatio principalior productio simpliciter quam spiratio, quod iam expositum est hic. Alia vero ratione dicitur Filius procedere secundum principaliorum modum naturae, quod satis expositum est supra. | 50 55 60

Q 86^{vb}E' 114^{vb}Bad. 167^{MM}

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «*voluntas est principalior vis quam sit intellectus, quare et actus voluntatis ut eius productio, quae est spiratio, principalior est quam sit actus sive productio intellectus quae est generatio*», dico quod duplex est actus sive actio intellectus et voluntatis: quaedam essentialis, quae dicitur operatio ut intelligere et velle; quaedam vero notionalis, quae dicitur productio, ut sunt generare sive dicere ex parte intellectus et spirare sive flagrare ex parte voluntatis. Et multum differunt inter se ista duo genera actionum, quoniam operatio quae est actio essentialis, ut intelligere et velle, causantur a nuda potentia et vi intellectus et voluntatis in ipso intellectu et voluntate a quibus causantur, licet differenter ab intellectu et | a voluntate, quia ab intellectu in se ipso causatur operatio vitalis quae est intelligere in virtute obiecti coagentis cum intellectu et moventis ipsum ut agens et movens primum, eo quod intellectus est vis 65 70 75

K" 119^{vb}B" 96^{ra}

passiva et nihil agit nisi passa prius; a voluntate autem in se ipsa |
 80 causatur operatio vitalis quae est velle, non in virtute obiecti coagentis
 cum voluntate et moventis ipsam, sed solummodo assistente praesentia
 obiecti in intellectu, eo quod voluntas non est passiva ab alio et agit non
 passa ab alio ad praesentiam solam obiecti.

Scarp. 1099b

Operatio autem quae est actio notionalis, ut generare sive dicere et
 85 spirare sive flagrare causantur contrario modo ex parte intellectus et
 voluntatis. Ex parte enim intellectus causatur a notitia simplici in intel-
 lectu nudo converso supra se et supra notitiam suam simplicem, ita
 quod intellectus informatus notitia simplici est principium activum et
 elicativum actus notionalis intellectus. Ipse autem intellectus nudus
 90 conversus non est nisi principium | quasi passivum de quo quasi de
 materiali producitur verbum quasi per impressionem. Ex parte autem
 voluntatis causatur actio notionalis ab ipsa voluntate nuda conversa
 supra se et supra suum amorem simplicem in ipsam voluntatem infor-
 matam amore | simplici, ita quod voluntas nuda conversa est princi-
 95 pium activum et elicativum actus notionalis voluntatis. Ipsa vero volun-
 tas informata amore simplici non est nisi principium quasi passivum, de
 quo quasi de materiali producitur Spiritus Sanctus quasi per quandam
 excussionem, secundum quod haec superius amplius sunt exposita.

I' 312^bK" 120^a

Comparando igitur intellectum et voluntatem penes principalita-
 tem inter se, dico quod si considerentur in ordine ad actus suos essentia-
 100 les, semper principalior vis est voluntas quam intellectus, eo quod nullo
 modo est passiva respectu sui actus essentialis sed pure activa a nullo
 dependens, neque ab intellectus notitia nisi sicut a causa sine qua non.
 Vis autem intellectus respectu sui actus essentialis potius est passiva
 quam activa, quia non activa nisi quia prius passiva, | ut dictum est. Et
 105 quoad exercitium talis actus intellectus voluntas habet merum imperium
 super intellectum, licet non quoad determinationem primi actus intelli-
 gendi qui occurrit sicut contingit ab obiecto, | secundum quod in XII^o
 Q u o l i b e t satis declaravi.

Q 87^aS' 228^{va}

Si vero considerentur intellectus et voluntas in ordine ad actus
 110 suos notionales, dico quod simpliciter principalior vis est intellectus
 quam voluntas, eo quod intellectus informatus | notitia simplici pure
 actus est et qui, ut agat in intellectum conversum, qui est suum pro-
 prium passibile, a nullo dependet sed a se ipso omnino propter perfec-
 tam fecunditatem naturalem impetu eliciendi actum notionalem <agit>
 115 in intellectum nudum conversum et producendum de ipso verbum.
 Voluntas autem nuda conversa, licet sit pure activa et a | nullo passiva,
 ut dictum est, tamen secundum iam dicta ut agat in voluntatem informa-
 tam amore simplici, qui est eius proprium quasi passibile, quasi depen-

B" 96^b

Scarp. 1100a

Bad. 168 ^m	det ab actione notionali intellectus ut ipsa fecundetur ad eliciendum suum actum notionalem, vel saltem ut sine qua praevia non potest voluntas suum actum notionalem elicere. Et sic licet respectu utriusque generis actionis, actio intellectus semper necessario sit praevia ut causa sine qua non ad actionem voluntatis, respectu tamen actus essentialis principalior potentia est voluntas quam intellectus, et similiter productus actione voluntatis quam productus actione intellectus, etiamsi una illarum non procederet ab altera, eo quod intellectus plus passivus est quam activus respectu talis actus, voluntas autem pure activa et hoc pura libertate non impetu naturali in eliciendo. Respectu autem actus notionalis principalior potentia est intellectus quam voluntas, et similiter actio notionalis intellectus quam actio notionalis voluntatis in divinis, eo quod respectu talis actus aequae pure actus est intellectus informatus notitia simplici in divinis ut voluntas nuda. Et in tali actione sua a nullo ibi dependet intellectus, quemadmodum quasi dependet voluntas ab intellectu, maxime ponendo secundum veritatem catholicam Spiritum Sanctum procedere non nisi a concordii voluntate Patris et Filii, sicut patet ex iam dictis.	120
K ^m 120 ^b	In nobis autem etiam respectu actus quasi notionalis quo concipimus verbum per intellectum et flagramus amorem incentivum per voluntatem, omnino voluntas est etiam principalior, quia quoad hunc actum etiam in nobis nihil positive habet voluntas ab intellectu sicut habet intellectus a voluntate, quia hunc actum intellectus habet voluntas imperare et ab ipso, si vult, retrahere.	125
E ^m 115 ^a	Ad secundum quod «per productionem quae est spiratio <i>maior adipiscitur perfectio</i> , ergo etc.», dico quod in divinis secundum rem et substantiam non sunt magis et minus, licet possint esse ratione modi perficiendi qui in creaturis bene ponit maiorem et minorem perfectionem secundum rem. Unde in divinis secundum rem non est maior perfectio qua voluntas perficitur in amore quam qua intellectus perficitur in cognitione; bene potest in divinis modum maioris perfectionis secundum rationem intelligendi habere voluntas in amore quam intellectus in cognitione, ut procedit obiectio. Quia tamen in creaturis est maior perfectio secundum rem qua voluntas perficitur in amore quam qua intellectus perficitur in cognitione.	130
Bad. 168 ⁿ	Et est distinguendum de amore et cognitione, quia possunt considerari in ordine ad terminum sive obiectum amatum aut cognitum, et in ordine ad principium elicativum, quod est amans et intelligens; et etiam advertendum quod circa adeptionem perfectionis duo considerantur, scilicet et ipsa perfectio adepta, quae per se respicit ordinem ad terminum, et modus adipiscendi illam, qui per se respicit	135
I ^m 312 ^a		140
B ^m 96 ^a		145
Scarp. 1100b		150
Q 87 ^b		155

- 160 elicitivum principium. | Licet ergo quantum est de ratione perfectionis adeptae, maior perfectio adipiscatur per productionem amoris quam cognitionis, eo quod magis perficitur voluntas per amorem productum in ipsa quam intellectus per cognitionem productam in illo, ut procedit obiectio, quantum tamen est de ratione modi adipiscendi illam perfectionem, perfectiori modo adipisci potest perfectio cognitionis in intellectu quam amoris in voluntate, et hoc ubi in eliciendo suam actionem qua adipiscitur sua perfectio, minus dependet ab alio intellectus quam voluntas.
- 165
- 170 Nunc autem ita est in proposito quod licet voluntas in sua actione essentiali qua adipiscitur perfectionem secundum amorem essentialem, minus depende<a>t ab alio quam intellectus in sua actione essentiali qua adipiscitur perfectionem secundum cognitionem essentialem, eo quod intellectus non elicit illam actionem nisi passa ab obiecto, voluntas autem eam elicit non passa omnino; et sic comparando intellectum et
- 175 voluntatem inter se secundum perfectionem respectu essentialis amoris et cognitionis secundum utrumque dictorum ordinum, et ratione ipsius perfectionis adeptae, et etiam ratione modi adipiscendi illam, principalior est actio volentis qua adipiscitur perfectio<nem> eius secundum amorem quam intellectus qua acquiritur perfectio eius secundum cognitionem, voluntas tamen in sua actione notionali qua | adipiscitur perfectionem secundum amorem notionalem, magis dependet ab alio quam intellectus in sua actione notionali qua adipiscitur perfectionem secundum cognitionem notionalem, eo quod intellectus elicit illam actionem pure active absque omni alia actione praevia. Voluntas autem, etsi illam elicit pure active, non tamen sine actione notionali intellectus praevia, ut dictum est iam.
- 180
- 185 Et ideo comparando intellectum et voluntatem inter se secundum perfectionem notionalis amoris et cognitionis, licet ratione modi ipsius perfectionis adeptae, principalior esset actio notionalis voluntatis quam intellectus. | Modus enim est maioris perfectionis in Deo diligere se quam cognoscere se cum notionali dilectione et cognitione quam essentiali; ratione tamen modi adipiscendi perfectionem principalior est actio notionalis intellectus quam voluntatis. Modus enim perfectior est eliciendi | actum notionalem intellectus absque | omni dependentia ad actionem alterius, quam sit modus eliciendi actum notionalem voluntatis cum dependentia vel quasi ad actionem intellectus. Et haec est perfectio quae per se respicit ipsum actum quia per se est circa ipsum. Praecedens | autem perfectio respicit ipsum per accidens, quia non est per se nisi circa subiectum actionis. Propter quod loquendo de principalitate |
- 190
- 195

K" 120^{va}

S' 228^{vb}

B" 96^{vb}

Scarp. 1101a
K" 120^{vb}
I' 312^{vb}

Scarp. 1101b
Bad. 168^{vN}

Bad. 168^o
Scarp. 1101a

actuum simpliciter, principalior est actio notionalis intellectus quam voluntatis in divinis; secus autem est in nobis, ut dictum est. | 200

QUAESTIO 5

UTRUM SPIRATIO ACTIVA SIT PROPRIETAS CONSTITUTIVA ALICUIUS PERSONAE

Circa quintum arguitur quod activa spiratio sit proprietas constitutiva personae. Primo sic. Non est minoris efficaciae passio quam actio, quia quidquid in se continet passio procedit ab actione. Quare, cum spiratio passiva sit proprietas constitutiva personae, ergo et consimiliter spiratio activa. 5

Secundo sic. Non est minoris efficaciae in agendo apud Deum voluntas quam natura, quia ambo sunt per se principia agendi. Quare, cum natura | in agendo actione quae est productio, illa constituit personam ut generatione activa, consimiliter ergo et voluntas in agendo actione quae est productio, illa constituit personam ut spiratione activa. 10

Q 87^{va}

Contra est quod illa persona esset alia a persona Patris et Filii, quae tamen nec esset a Patre nec a Filio, sed a nulla omnino sicut nec Pater a qua esset Spiritus Sanctus ex parte voluntatis, sicut et Filius a Patre ex parte intellectus, et esset quaternitas personarum in divinis et duplex binarius personarum inconnexarum secundum relationes, quarum duae non essent ab alia aut aliis omnino et duae essent ab aliis a quibus nullae aliae et duae ex parte voluntatis, sicut sunt et duae ex parte intellectus. Nec esset voluntas in illis quae sunt ex parte intellectus, nec | intellectus in illis quae sunt ex parte voluntatis, nisi si diceretur contra 15

E^o 115^o

Scarp. 1101b

AUGUSTINUM XIV^o De Trinitate quod illae duae quae sunt ex parte intellectus, non tantum sibi sed | aliis duabus intelligerent, et illae duae quae sunt ex parte voluntatis non tantum sibi sed aliis duabus vellent. Et illae quae sunt ex parte intellectus nihil sibi aut | aliis vellent, et similiter illae quae sunt ex parte voluntatis nihil sibi aut aliis intelligerent, quod est contra fidem catholicam. | 20 25

B^o 97^a

Bad. 168^oP

<SOLUTIO>

- 30 Dico quod differt dicere proprietatem aliquam esse proprietatem
 personae et esse proprietatem constitutivam personae, quia omnis
 proprietas constitutiva personae etiam est proprietas illius personae
 quam constituit; sed non e converso omnis proprietas personae est
 constitutiva | personae illius cuius est proprietas. Et etiam alio et alio
 35 modo est illa proprietas personae et ista. Illa enim quae est constitutiva
 personae est in persona et aliquid personae ad modum quo differentia
 est in specie aliquid ipsius speciei. Et non solum dicitur 'proprietas
 personae', sed etiam dicitur 'proprietas personalis'. Ista vero quae non
 est constitutiva personae est in persona et aliquid ipsius personae ad
 40 modum quo proprium est in specie aliquid ipsius speciei, scilicet conse-
 quens ad ipsam iam constitutam in esse speciei per differentiam. Propter
 quod secundum BOETHIUM 'proprium' in creaturis est adventitiae
 naturae et manat de genere accidentium. Et ideo in divinis talis proprie-
 tas, licet dicatur 'proprietas personae', non tamen dicitur 'proprietas
 45 personalis' et habet magis rationem adventitii et accidentis respectu
 personae cuius est, quam proprietas illa quae est personalis. Et hoc quia
 est personae iam constitutae | in esse personae per aliam proprietatem,
 ut inter istas duas proprietates sit ordo quidam naturae secundum
 modum supra expositum.
- 50 Quia igitur spiratio activa non est nisi proprietas personae iam
 constitutae in esse personae per aliam proprietatem, puta paternitate
 secundum Graecos ponentes quod solus Pater spirat, vel potius etiam
 filiatione secundum Latinos ponentes quod ambo, scilicet Pater et
 Filius, spirant, idcirco | nullo modo spiratio activa est vel potest esse
 55 proprietas constitutiva personae. Aut oportet ponere quod nec Pater
 nec Filius spirarent, sed solum illa persona constituta in esse personae
 per spirationem activam, sicut Pater constituitur in esse personae per
 generationem activam, et sequerentur inconvenientia conclusa in ratione
 tertia. Et quod amplius est, si per spirationem activam esset persona
 60 aliqua constituta, hoc non esset sub ratione eius quod est spirare, sed
 potius sub ratione spirari secundum tacta superius circa generare. |

K" 121^aI" 312^{3ra}
Scarp. 1102aS' 229^aBad. 168^{vQ}

<AD ARGUMENTA>

- Ad rationem primam in oppositum quod «*non est maioris efficaciae
 spiratio-passio quam spiratio-actio* ergo etc.», dico quod si spiratio-passio
 65 est constitutiva personae, non sic spiratio-actio, hoc non facit efficacia |
 aliqua quae maior sit in passione quam in actione, sed solum hoc facit
 condicio earum, quod scilicet spiratio-actio quasi advenit | personae iam

B" 97^bQ 87^{vb}

	constitutae in esse personae, non sic autem spiratio passiva. Spiratus enim nulla alia ratione subsistit, sive ut qui ab alio sive ut a quo alius, quam spiratione passiva; spirans autem active non est nisi subsistens aut ut a quo alius alio modo sicut Pater aut ut qui ab alio sicut Filius, ut iam videbitur.	70
K" 121 ^{tb}		
Bad. 168 ^{oR}	Ad secundum quod «in Deo <i>non est minoris efficaciae voluntas quam natura</i> etc.», dico iuxta id quod iam dictum est quod si actio notionalis voluntatis, hoc non facit aliqua maior efficacia in agendo naturae quam voluntatis, sed condicio, eo scilicet quod voluntas in Deo non est elicitiva actionis notionalis nisi quasi praevia ordine quodam naturae actione notionali naturae ex parte intellectus, sicut patet ex praedictis.	75
Bad. 169 ^{oR}	Quod etiam amplius declaratur, sive actio notionalis voluntatis ponatur secundum Graecos elici a solo Patre sive communiter a Patre et Filio, licet quoquo modo aliter et aliter hoc modo. Quia enim, ut saepius dictum est supra secundum AUGUSTINUM, nihil potest voluntas velle nisi cognitum, ordo semper aliquis est inter actum intelligendi quo fit aliquid cognitum et actum volendi, etsi non secundum prius et posterius, tamen secundum primum et secundum, ut semper actus intellectus sit primus et actus voluntatis secundus, et hoc vel secundum rationem et ordinem rationis vel secundum rem et naturam atque ordinem naturae, ut si actus intelligendi essentialis sit in primo signo aliquo, in <i>a</i> , actus volendi erit in secundo aliquo signo alio, puta in <i>b</i> , sed hoc ordine quodam rationis inter actus intellectus et voluntatis essentielles.	80
Scarp. 1102b	Nunc autem ita est quod intellectus ut naturalis est, sive ut est natura, cum est in suo actu intelligendi essentiali qui est intelligere in signo <i>a</i> , statim convertit se supra se, et hoc non in eo signo quod est <i>a</i> sed in alio, scilicet in <i>b</i> , ut simul in eo signo, scilicet <i>b</i> , quod secundum rationem est secundum ab <i>a</i> , voluntas elicit suum actum volendi essentialem et intellectus existens in suo actu intelligendi essentiali convertit se supra se, et in quantum est informatus notitia essentiali est fecundus active ad eliciendum suum actum notionalem qui est generare sive dicere, et in quantum est intellectus purus conversus est fecundus passive ut de ipso producatur Filius sive Verbum per actum notionalem. Et tunc in tertio signo, puta in <i>c</i> , intellectus elicit suum actum generandi sive dicendi notionalem et producit Verbum sive Filium. In eodem etiam signo simul voluntas paterna ut solius est, existens in suo actu volendi essentialiter convertit se supra se, et sic conversa communicatur per actum generationis Filio. In quarto autem signo, puta <i>d</i> , voluntate conversa producit, ita quod licet haec omnia sint in eodem instanti aeternitatis, sunt tamen in diversis signis eiusdem per ordinem se habentibus consideratione intellectus nostri. Et licet ordo rationis tantum sit	85
Bad. 169 ^{oS}		90
I' 312 ^{arb}		95
K" 121 ^{va} B" 97 ^{va}		100
E' 115 ^{va}		105

110 inter *abc*, est tamen ordo naturae inter *cd* eo quod secundum praedicta
 115 actus intellectus notionalis est quasi praeuius ad actum voluntatis
 notionalem quodam modo ut causa propter quam sit, quia sine actu
 intellectus notionali, quo intellectu producitur notitia declarativa quae
 Verbum est, non est fecunda voluntas existens in suo actu volendi
 120 essentiali, etiam conversa supra se. Non enim potest elicere amorem
 125 incentivum nisi cognoscens declarative, sicut neque amorem simpliciter
 nisi cognoscens simpliciter. Et hoc maxime ponendo quod actus
 notionalis voluntatis non procedit ab illa | ut est voluntas simpliciter,
 sed solummodo ut est concors et duorum, scilicet Patris et Filii. |

Q 88^a
 Bad. 169^{rT}

Et sic licet voluntas fecunda aequalis efficaciae sit cum intellectu
 120 fecundo ad eliciendum suum actum notionalem, ex condicione tamen
 voluntatis (scilicet quod quasi praeuius ad actum eius tam essentialem
 quam notionalem sit actus tam essentialis quam notionalis | intellectus,
 et consimiliter quasi praeuia est productio personae per actionem
 125 notionalem intellectus ad | productionem personae per actionem
 notionalem voluntatis, Patre actione notionali generandi active consti-
 tuto in esse personae, et similiter Filio notione generandi passiva et hoc
 in eodem signo, quemadmodum relativa sunt simul natura) quasi adve-
 nitur in alio signo voluntas fecunda qua producitur actio notionalis. Et
 sic notio talis est proprietas quasi adventitia personae iam constitutae in
 130 esse per aliam proprietatem quasi priorem, etiam si per impossibile,
 immo per impossibile secundum Graecos, ponatur quod actio
 notionalis voluntatis eliciatur a solo Patre et nullo modo actio notionalis
 intellectus esset ut causa propter quam sic respectu actionis notionalis
 voluntatis, nec quoad hoc esset principalior actio notionalis intellectus
 135 quam voluntatis, nec ullo modo voluntas conversa | fecundaretur ad
 eliciendum actum spirandi per actum dicendi praeuium, quae necesse
 habent ponere Graeci et negare quod ad actum spirandi requiratur
 voluntas concors duorum et dicere quod sola voluntas paterna, et ut
 solius Patris | est, per solam conversionem super se est fecunda ad
 140 actum spirandi et active et passive. Et si sit praeuius quoquo modo actus
 dicendi, hoc solum est ut causa sine qua non et nullo modo ut quo
 fecundatur voluntas ad actum spirandi. Si enim sic esset praeuia fecun-
 dationi voluntatis productio Filii, et sic voluntas fecundaretur non solum
 ut est Patris, sed etiam ut iam Filio est communicata a Patre ut in signo
 145 *c*. Ponantur haec quatuor esse, videlicet voluntatis paternae conversio,
 Filii generatio, et voluntatis conversae | ipsi Filio communicatio, et
 ipsius voluntatis conversae fecundatio. |

Scarp. 1103a

S' 229^b

K" 121^{vb}

B" 97^{vb}

I' 312^{ava}
 Bad. 169^{rV}

Si quam autem rationem habent Graeci ad ponendum solum
 Patrem spirare, ut aestimo, illa est quod putant non posse in eodem

	signo, scilicet <i>c</i> , esse voluntatis conversionem supra se et ipsius conver-	150
	sae communicationem, quemadmodum impossibile videtur quod grave	
	in aliquo signo generetur sursum et in eodem factum sit per descensum	
	deorsum, et dato quod non sit medium resistens. Quare, cum nihil	
	communicatur Filio nisi in dicto signo <i>c</i> , in quo generatur, et in eodem	155
	signo secundum dicta sit voluntatis paternae conversio, impossibile ergo	
	est secundum Graecos quod voluntas ut conversa communicetur Filio,	
	etsi ei communicetur ut voluntas simpliciter informata amore essentiali.	
Bad 169 ^v Scarp. 1103b	Quare, cum non est vis spirativa nisi in voluntate conversa, secun-	
	dum modum supra expositum, nullo modo, ut videtur, Filio communi-	160
	catur a Patre per generationem vis spirativa, nec Spiritus Sanctus	
	spiratur a Filio, quia cum spiratur voluntate conversa ut nuda est de	
	ipsa, ut est essentialis et informata amore essentiali, sicut expositum est	
	supra, voluntas ut sic est essentialis et informata communicata est a	
	Patre Filio per generationem. In eo autem est per productionem is qui	
Bad 169 ^x	producitur in quo est id de quo producitur.	165
	Et ideo licet secundum Graecos Spiritus Sanctus non procedat a	
K ^m 122 ^a Q 88 ^b	Filio, secundum eosdem tamen a Patre procedit in Filio et requiescit	
	in ipso, sicut dicit DAMASCENUS I ^o libro cap. ^o 11 ^o . Sed proculdubio in	
	dicto signo <i>c</i> sunt et voluntatis conversio et ipsius communicatio, licet	170
	ordine quodam. Nec est simile de gravi; quod enim impossibile est illud	
	in eodem signo sursum generari et deorsum fieri, hoc contingit quia illi	
Bad 169 ^y	termini, sursum scilicet et deorsum, sunt extra grave per essentiam et re	
	differentes ab ipso. In proposito autem non sic est, quia terminus	
	conversionis voluntatis est ipsa voluntas informata amore simplici supra	
B ^m 98 ^a	quem ipsa nuda se convertit. Terminus autem communicationis est	175
	ipse Filius cui communicatur ipsa voluntas essentialis informata et etiam	
	conversa. Propter quod bene in eodem signo possunt esse et conversio	
	voluntatis et eiusdem communicatio, quemadmodum in eodem signo	
	temporis potest lux esse generata in aliquo puncto medii et ab illa eadem	
	altera lux generata in alio puncto. Secundum iam dicta supra in corpore	180
Bad 169 ^z	solutionis, nullo modo spiratio activa potest esse proprietas constitu-	
	tiva personae, sed solummodo est proprietas personae. Et sic impossi-	
	bile est quod in divinis alia notio activa sit personae constitutiva quam	
E ^m 115 ^b	illa quae consistit in prima productione activa, qua constituitur in esse	185
	personae illa persona quae in divinis est prima omnino. Omnes enim	
	aliae productiones activae, si plures essent, essent notiones sive proprie-	
	tates personae aut personarum iam constitutarum in esse personali per	
	alias proprietates. Et omnes aliae personae ab illa quae est omnino	
	prima, non constituuntur in esse personae nisi per notiones sive per	
	proprietates passivas. Nec est aliqua notio sive proprietas passiva	190

personae iam constitutae in esse personae, sed quaelibet illarum est constitutiva personae, etiamsi productio personarum in divinis procederet in infinitum. |

Bad 169^{vA}
Scarp. 1104a

QUAESTIO 6

UTRUM SPIRATIO ACTIVA SIT PROPRIETAS SIVE ACTIO UNIUS SPIRATORIS

5 Circa sextum arguitur quod spiratio activa sit proprietas sive actio unius spiratoris. Primo sic. Sicut in denominando passio se habet ad passum, | sic actio ad agentem. Sed spiratione quasi passiva non dicitur spiratus | nisi unus. Ergo et spiratione | activa non dicitur spirator nisi unus.

S' 229^{va}

K" 122^{lb}
I' 312^{vb}

10 Secundo sic. Sicut se habet creatio activa ad creantem, sic spiratio activa ad spirantem. Sed quamquam plures sint creantes, tamen non dicitur esse nisi unus Creator. Ergo quamquam plures sint spirantes, non tamen dicitur esse nisi unus spirator.

Contrarium profitentur plures doctores qui dicunt quod Pater et Filius sunt duo spiratores. |

Bad 169^{vB}

<SOLUTIO>

15 Dico quod differt quaerere an spiratio sit actio unius personae et an sit actio unius spirantis. De primo expeditum est supra, ubi determinando de divinis proprietatibus in generali determinatum est quod non solus Pater spirat sed etiam Filius, ita quod in divinis nulla potest esse actio unius personae tantum praeter generationem, nec potest procedere a sola prima persona nisi sola secunda. Quod si tertia sit persona in
20 divinis, oportet quod illa procedat a prima et secunda simul; et si quarta, oportet quod procederet a tribus primis; et sic deinceps. Et hoc quia sic est circa divinas productiones quod vires productivae sunt ordinatae, quemadmodum | secundum praedicta ordinatae sunt vires productivae

B" 98^{tb}

Scarp. 1104b	modo intellectus et voluntatis, et semper producto per primam vim a producente communicatur omnis alia vis productiva. De secundo dicetur inferius disputando de modo loquendi de Deo et assignando rationem quare verba et participia in divinis pluraliter praedicantur de pluribus agentibus, non sic autem semper verbalia nomina. Dicimus enim quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt tres creantes, non sic	25 30
Q 88 ^{va} Bad 169 ^{vc}	quod sunt tres creatores. De tertio enim secus est. Dicimus enim quod Pater et Filius sunt spiratores. Et sic ad propositam quaestionem dico quod spiratio activa non est actio unius spiratoris sed plurium. Et hoc ideo quia ratio spirandi ad hoc quod ea quis spiret, ex condicione et natura sua requirit pluralitatem spirantium, ita quod, si per impossibile poneretur quod productione generationis non communicaretur voluntas paterna, impossibile esset ponere quod solus Pater spiraret, quia, ut dictum est supra, non est voluntas ratio spirandi nisi sit concors plurium, nec aliter esset ad spirandum fecunda.	35 40
K " 122 ^{va} Bad 169 ^{vd}		

<AD ARGUMENTA>

Bad. 170 ^{vd}	Per hoc patet ad primum in oppositum dicendo quod non est simile de spiratione passiva et activa, quoniam spirationis passivae ratio nullam pluralitatem requirit spiratorum passive, sed est per spirationem passivam constitutiva personae iam spiratae, ut iam dictum est supra. Et ideo sicut ipsa est unica et similiter spiratio passiva, sic necessario persona spirata est unica. Spirationis autem activae ratio non est consti- tutiva personae, sed secundum praedictum modum requirit quod sit plurium personarum, eo quod, licet sit unica in radice voluntatis et ut est ratio spirandi quasi remota, est tamen quasi bifurcata per hoc quod debet esse concors ad hoc quod sit ratio spirandi quasi propinqua. Sic autem non est quasi bifurcata nisi per hoc quod non est fecunda nisi ut est duorum.	45 50
Bad. 170 ^{ve} Scarp. 1105a	Ad secundum dico quod non est simile de creatione activa, quoniam ratio creandi qua plures creant sic unica est quod sub omni- moda [est] ratione unitatis <sive sub ratione unitatis> omnimodae est ratio creandi plurium. Propter quod etsi plures creant, creant tamen ut	55

unum et ideo non sunt nisi unus creator. Ratio autem spirandi qua
 plures spirant licet sit unica, non tamen sub omnimoda ratione unitatis
 60 sive sub ratione omnimodae unitatis est ratio spirandi plurium; sed, ut
 dictum est, sub ratione quodammodo bifurcata, scilicet ut est plurium
 concors. Propter quod plures spirant, et ideo non sunt unus | spirator I' 313^a
 sed plures spiratores. Unde quod plures creant ut sunt unus, spirant
 tamen ut sunt | plures, patet ex hoc quod si per impossibile ponatur B" 98^{va}
 65 esse unica persona in divinis absoluta et nulla persona relativa, illa
 posset creare ratione divinae substantiae quae in illa esset. Si autem per
 impossibile amoveatur vis | spirativa a Filio, ut per generationem non
 communicetur ei voluntas paterna, Pater spirare non posset ratione
 voluntatis suae, quia non esset plurium nec concors et ideo nec fecunda.
 70 Quod si esset et solus Pater spirare posset, nulla apparet ratio quare
 plures spirantes dicantur plures spiratores; non sic autem plures creantes
 dicantur plures creatores. | S' 229^{vb}

Unde non credo quod Graeci, si per impossibile secundum ipsos
 poneretur Filius | spirare cum Patre, dicerent Patrem et Filium | esse
 75 plures spiratores, sicut nec dicunt ipsos esse plures creatores, quia
 spirarent per voluntatem ut voluntas est simpliciter, non ut concors
 duorum, sicut creant per essentiam simpliciter, non ut est duorum vel
 trium. Utrobique autem uniformiter dicuntur plures creantes et plures
 spirantes, quia hoc convenit ratione modi significandi dictionum, ut
 80 patebit inferius, qui est uniformis in illis principiis creans et spirans. |
 QUAESTIO 7
 Bad. 170^f
 Scarp. 1105a

UTRUM PLURES SPIRANTES SINT UNUM PRINCIPIUM SPIRANDI

Circa septimum arguitur quod plures spirantes non sunt unum
 principium spirandi, quia ipsis non attribuitur ratio principii | spirandi
 5 nisi quia ab ipsis elicitur actus spirandi et per illum procedit ab eisdem
 persona spirata. Ab ipsis autem non elicitur actus spirandi ut sunt unum,
 sed potius ut sunt plures, sicut iam dictum est. Ergo etc. Q 88^{vb}

Secundo sic. Pater est principium spirandi non de principio, quia
 non habet quod spiret ab alio. Filius autem est principium spirandi de
 10 principio, quia habet quod spiret ab alio. Non est autem idem et unum
 principium ab alio et non ab alio, quia contradictoria non concurrunt in
 eodem. Ergo etc.

Scarp. 1105b Contra. Principium et principiatus sunt | relativa. Quare, cum
 Bad. 170⁶ princiapiatum actu spirandi est unum, scilicet Spiritus Sanctus, ergo et
 spirandi principium est unum. | 15

<SOLUTIO>

Dico quod in omni actione est considerare agentem sive eum qui
 agit et rationem agendi, hoc est vim sive virtutem et potentiam qua agit.
 Agens autem in omni actione non est nisi suppositum, cuius est aliquid 20
 ipsa agendi ratio ut forma qua est aliquid in natura simpliciter, non qua
 est iste vel ille in supposito, ut declaratum est in praecedentibus. Unde
 ratio suppositi qua suppositum est iste vel ille, et si non sit ratio agendi
 et elicitiva actus, est tamen ratio | agentis et elicentis actum, et secun-
 dum hoc proxima actui elicito et proximior quam sit ratio illa quae est 25
 vis elicitiva. Quae quidem ratio agentis, licet sit ratio ipsius principii, non
 tamen est ratio qua ipsum suppositum habet quod sit aut dicatur princi-
 pium, sed potius | illa quae est ipsa vis elicitiva.

In qua est etiam distinguere rationem propinquam et remotam,
 secundum quod distinguitur potentia in propinquam et remotam, non
 secundum diversitatem rerum, sed secundum diversitatem rationum | in 30
 eadem potentia secundum rem, ita quod a vi illa secundum rationem
 propinquam actui habet suppositum eliciens actum rationem principii
 propinqui et a vi eadem secundum rationem remotam habet rationem
 principii primi, et ita principii simpliciter, quia secundum PHILOSOPHUM
 «*principium et primum idem sunt*». Quare et ab unitate | illius rationis 35
 remotae habet rationem unitatis principii simpliciter, sicut et a bifurcati-
 one rationis illius remotae habet rationem pluralitatis spiratoris duplicis,
 et ulterius a ratione illarum proprietatum qua plurificantur personae,
 habet rationem duplicis spirantis. |

Quemadmodum enim a ratione spirativa remota sumitur unitas 40
 principii, et a ratione illa bifurcata sumitur ratio duplicis spiratoris, sic
 etiam et a ratione duplicis proprietatis personalis sumitur ratio duplicis
 spirantis vel potius duorum spirantium. Et similiter a ratione triplicis
 proprietatis personalis sumitur ratio triplicis creantis vel potius trium 45
 creantium, prout infra amplius declarabitur. Propter quod dico quod
 simpliciter Pater et Filius, qui sunt plures spirantes et plures spiratores,
 sunt unum principium Spiritus Sancti. |

Bad. 170¹

<AD ARGUMENTA>

50 Ad primum in oppositum quod «*plures spiratores non sunt unum principium spirandi etc.*», dico quod ratio spirandi non attribuitur spirantibus quia ab ipsis elicitur actus spirandi, sed potius a spirantibus elicitur actus spirandi quia ipsis convenit ratio spirandi. Propter quod, licet ab ipsis non eliciatur actus spirandi nisi ut sunt plures quoad propinquam et proximam rationem spirandi, | procedit tamen ab ipsis ut sunt unum
55 quoad primam et remotam rationem spirandi, quae bene potest esse plurium absque omni inconveniente in divinis, immo | hoc necesse est secundum praedicta. |

Bad. 170^{ul}

Q 89^{ra}

Bad. 170^{vk}

Ad secundum quod «*Pater est principium spirandi non de principio etc.*», dico quod idem sive unum principium in Deo possunt sumi vel
60 masculine vel neutraliter. Si primo | modo, dico quod nullo modo est idem sive unum ab | alio et non ab alio, sed contra tale unum omnino repugnant, quia impossibile est unum et idem in supposito esse ab alio et non ab alio. Si secundo modo, dico quod illud bene est possibile sine omni | repugnantia. | Sic enim in divinis Pater et Filius sunt unus Deus,
65 et Pater est Deus non de Deo nec ab alio, et Filius est Deus de Deo et ab alio.

Scarp. 1106b

K" 123^{db}

B" 99^{ra}

S' 230^{ra}

Vel potest distingui de esse ab alio et non esse ab alio, quia hoc potest esse proprie vel improprie. Primo enim modo non est ab alio nisi ipsa persona, et hoc modo non est idem ab alio et non ab alio propter
70 contradictionem circa idem proprie et per se. Secundo autem modo est ab alio ipsa divina essentia in Filio, et similiter ratio spirandi prima et remota; et hoc modo non est inconveniens quod aliquid unum et idem sit ab alio et non ab alio absque contradictione, quia non in eodem est ab alio et non ab alio, quia in Patre non est ab alio, licet in Filio sit ab alio, et contradictio debet esse circa idem eodem modo se habens.
75

Argumentum in oppositum bene procedit ex parte principii de uno in natura specifica in creaturis et in divinis ratione materiae de natura numerali. Si enim in creaturis principiatum est unum, necesse est quod principium sit unum in specie simplici, quemadmodum in eadem
80 specie est unum principiatum ex masculo et femina, vel in composita | quemadmodum ex equo et asino generatur mulus; commixtum enim ex semine utriusque est quasi mulus, secundum PHILOSOPHUM VII^o Metaphysicae, eo quod coniunctae sunt illae species. In divinis autem ubi principiatum est unum, principium est in singulari natura
85 deitatis et spirandi ratione, ut dictum est. |

E' 116^{db}

K" 123^{va}

Bad. 170^{vl}

Scarp. 1107^a

UTRUM ALIQUIS SPIRANTIUM HABEAT RATIONEM SPIRATIVAM AB ALIO

	Circa octavum arguitur quod neuter spirantium habet rationem spirativam ab alio, quod clarum est de Patre. Quod etiam ita sit de Filio patet primo sic. Si Filius haberet rationem sive vim spirativam a Patre, tunc Pater ex se ipso vim spirativam haberet et posset spirare, etiamsi Filius non haberet vim spirativam a Patre nec spiraret, quia nihil potest alteri dare quod ipse non habet ex se. Consequens falsum est, quia aliter non esset voluntas concors quae requiritur ad vim spirativam secundum praedeterminata. Ergo etc.	5 10
I' 313 ^{va}		
	Secundo sic. Si Filius haberet vim spirativam a Patre, cum a vi spirativa habeat quod sit spirator, sicut a generatione passiva quam habet a Patre genitus est, sicut ergo Filius habet a Patre quod sit genitus et ex hoc relationem realem habet ad Patrem, et e converso relationem habet Pater ad Filium, sic Filius haberet a Patre quod sit spirator et ex hoc habet relationem realem ad Patrem, et e converso Pater ad ipsum. Illa autem non est relatio in Filio quae est filiatio et generatio passiva, quia spiratio in Filio est proprietas activa, quare nec illa respondens eidem in Patre ut paternitas sive generatio activa, sed aliqua alia. Hoc autem falsum est, quia tunc in Patre essent duae relationes reales et differentes positive respectu Filii et e converso, cuius contrarium tenet Ecclesia et fides catholica. Ergo etc.	15 20
B" 99 th		
	Contra. Qui ab alio habet esse suum et id quod est, habet ab eodem omne quod habet, quia esse est prima ratio in divinis, sicut habitum est supra, et a quo habet aliquis primum quod est in ipso, et quodcumque aliud in quo includitur et supponitur illud. Quare, cum Filius habeat esse a Patre et quod Filius est, vis spirativa autem supponit et includit esse in Filio, ergo etc.	25
Q 89 th		
Bad. 170 th		

<SOLUTIO>

	Dico quod iuxta processum ultimae rationis quod Filius vim spirativam habet a Patre, intelligendo tamen quod Filius potest intelligi dupliciter habere aliquid a Patre: uno modo tamquam genitum a Patre; alio modo tamquam existens in Filio per generationem a Patre. Primo modo habet Filius a Patre quod sit genitus sive Filius sive persona aliqua in divinis et nihil aliud. Secundo modo habet Filius a Patre quidquid est in persona eius. Sed hoc potest esse dupliciter: uno modo ut quid communicatum Filio a Patre per actum generationis; alio modo ut quasi derelictum in Filio per actum generationis activae Patris. Isto	30 35
Scarp. 1107 ^b		
K" 123 th		

40 autem secundo modo Filius a Patre habet relationem in se existentem in
 ordine ad Patrem, scilicet filiationem. Primo autem istorum modorum,
 quo scilicet Filius habet aliquid communicatum sibi a Patre per genera-
 tionem potest esse dupliciter: uno modo tamquam pertinens ad constitu-
 tionem personae suae, et sic habet deitatem et quod sit Deus a Patre;
 45 alio autem modo tamquam proprium ipsius personae constitutae, et hoc
 modo habet vim spirativam a Patre. Sic enim est circa divinas producti-
 ones quod quidquid est producentis per productionem fit ipsius pro-
 ducti, excepto eo quo producens | distinguitur a producto. Distinguen-
 dum tamen est circa vim spirativam, quia licet sit semper una et eadem
 re, potest tamen considerari ut est principium spirandi primum | et
 50 remotum; similiter ut est principium spirandi proximum et propinquum,
 modo quo tactum est iam supra. Si primo modo, sic simpliciter scien-
 dum est quod vis spirativa Filio communicata est a Patre, scilicet volun-
 tas ut est voluntas simpliciter quam habet Pater essentialiter ex se, et
 Filius a Patre; et secundum hoc principaliter processit ratio ultima. Si
 55 secundo modo, sic non est sentiendum quod vis spirativa sit communi-
 cata Filio a Patre, quia talis vis non est voluntas ut est voluntas simplici-
 ter, sed ut est voluntas concors Patris et Filii. |
 Sed solummodo sentiendum est quod vis spirativa est quid
 derelictum in Filio per actum | generationis ut proprium eius cum
 60 Patre, et quod | Filius habet principium spirandi per Patrem. Licet
 enim Filius habeat principium spirandi, quod est voluntas, a Patre, non
 tamen ex hoc habet quod habeat concordem voluntatem a Patre, quia
 non est concors nisi per hoc quod eadem voluntas est et manet in
 Patre. Sic etiam sentiendum est quod Pater habet principium spirandi
 65 per Filium, quia nisi Filius haberet a Patre voluntatem illam quam habet
 Pater, nec esset voluntas Patris | concors, nec principium spirandi
 secundum praedicta. Et hoc quemadmodum, secundum diu superius
 exposita, Pater non habet quod sit Pater nisi per Filium, et hoc utrobi-
 que ut per causam sine qua non. Et secundum hoc simpliciter conce-
 70 denda est ultima ratio. |

S' 230^b

Bad. 171^{rM}

Bad. 171^{rN}

B" 99^{va}

I' 313^{vb}

Scarp. 1108^a

Bad. 171^{rO}

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «*si Filius haberet rationem spirandi a
 Patre, tunc Pater haberet eam ex se ut spiraret etiamsi Filius non spiraret*», dico
 75 quod vim spirandi primam et remotam, quam Filius habet proprie a
 Patre, Pater habet ex se, non autem propinquam sic habet ex se quin |
 eam habeat per Filium, quam Filius non habet proprie a Patre licet per
 Patrem, sicut dictum est.

K" 124^{ra}

Quod autem additur quod «si *Pater ex se haberet vim spirativam, ex se posset spirare sine Filio spirante*», dico quod hoc verum est, si ex se haberet vim spirativam propinquam, non autem verum est de remota. 80
 Vim autem spirativam | propinquam non habet Pater nisi modo supra exposito, eo quod secundum praedicta voluntas non est fecunda ad | spirandum nisi ex hoc quod est concors. |

Q 89^{va}E' 116^{va}Bad. 171^{1P}

Ad secundum «si *Filius haberet vim spirativam a Patre, haberet a Patre quod esset spirator, sicut et quod est genitus*», dico quod revera Filius a 85

Scarp. 1108^b

Patre habet quod est spirationis principium, quia vere et proprie primam et remotam rationem spirandi, a qua secundum praedicta sumitur nomen principii, habet a Patre. Quia autem a propinqua ratione | spirandi sumitur, ut dictum est, nomen spiratoris, et illam non proprie habet a Patre sed solummodo per Patrem, secundum iam dictum modum, 90

Bad. 171^{1Q}

idcirco licet Filius vim spirativam primam et remotam habeat a Patre, non tamen proprie dicendus est habere ab eo quod sit spirator, sed potius quod est spirator per eum. | Esto etiam quod a Patre haberet quod esset spirator, non tamen esset simile de eo quod est spirator et de eo quod est genitus, quia Filius in eo quod genitus habet esse a Patre per 95

B" 99^{vb}

generationem ut per se terminus generationis, non sic autem in eo quod spirator, | quia quod est spirator ratione primi principii spirandi habet a Patre ut communicatum per actum generationis. Et quod est spirator ratione propinqui principii spirandi non habet a Patre sed solummodo per Patrem, secundum iam expositum modum. Propter istam autem 100 diversitatem non sequitur ulterius conclusum in argumento, videlicet quod «Filius sicut in eo quod genitus habet relationem realem ad Patrem et e converso», consimiliter in eo quod est spirator, quia in eo quod est per Patrem vel a Patre spirator, nullam relationem realem habet ad Patrem nec e converso, quia relationem realem non habent personae 105 divinae inter se, quia per generationem vel actum alicuius personae aliquid sit communicatum alteri vel derelictum in illa, sed solummodo quia una simpliciter habet esse ab altera ut per se terminus actus illius. |

Bad. 171^{1R}Scarp. 1109^a

QUAESTIO 9

UTRUM UNUS SPIRANTIUM SPIRET PRINCIPALIVS QUAM ALTER

Circa nonum arguitur quod unus spirantium, videlicet Pater, non spiret principalius quam alter, puta quam Filius. Primo sic. In divinis non sunt gradus aliqui, | quia repugnant aequalitati quae summa est in 5

I' 314^{2a}

divinis. Sed non est comparatio sine gradu penes magis et minus; ergo secundum principalitatem in divinis esse | non potest. Ergo etc.

S' 230^{va}

Secundo sic. Procedens a pluribus una et eadem virtute simplici non procedit principaliter ab uno quam ab altero, quia virtus agendi determinat modum actionis. Actio spirandi procedit a Patre et Filio una simplici virtute secundum praedicta. Ergo etc.

Contra. Ille principaliter agit qui ex | se habet quod agit quam qui ab alio habet illud, quia hoc non est sine aliqua praerogativa in agendo ex parte eius qui ex se habet quod agit. Pater autem habet ex se quod spiret, non sic autem Filius, ut patet ex praedictis. Ergo etc. |

K" 124^{ob}

Bad. 171¹⁵

<SOLUTIO>

Dico hic de principalitate circa actum spirandi Patris respectu Filii, quemadmodum dictum est supra de principalitate generationis respectu spirationis, quod non accipitur ratione | alicuius absoluti sicut neque auctoritas aut maioritas, sed solummodo ratione respectus et ordinis in principiando unius eorum ad alterum inter quae vel quos fit comparatio. Sicut enim generatio principalior dicitur productio, quia secundum praedicta spiratio quoquo modo habet esse et originari a generatione, sic Pater dicendus est principaliter spirare, quia quod Filius spirat, hoc habet Filius a Patre per generationem, ut patet ex praedictis. Unde nec ratione actus | elicitum | nec ratione modi elicendi nec ratione virtutis elicivae Pater spirat principaliter sed solummodo quia vim spirandi habet Filius a Patre quam Pater habet ex se, secundum quod procedit ultima ratio. |

Bad. 171¹⁵

B" 100^a
Q 89^{vb}

Bad. 171¹⁷

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «*in divinis non sunt gradus* quare nec comparatio quae importatur per ly 'principaliter', quia *non est comparatio sine gradu*», dico quod secundum grammaticos triplex est comparatio: quaedam voce tantum et non significatione, | ut 'novus, novior, novissimus'; quaedam significatione tantum et non voce, ut 'bonus, melior, optimus'; quaedam utroque ut 'albus, albior, albissimus'. De illa autem comparatione quae est significatione in qua idem significant positivum et compa-

Scarp. 1109^b

rativum, sive cum hoc sit voce sive non, distinguendum, quia aut diversi gradus comparationis significant eandem rem diversificatam secundum numerum circa diversos aut eandem penitus circa eundem.

	Comparatio primo modo importat eiusdem rei communionem	40
	secundum gradus et secundum magis et minus. Dicit enim de tali comparatione REMIGIUS Super Donatum: «Sic dicitur autem comparatio quasi <i>assimilatio</i> , eo quod assimilando unum alteri praefert <i>instar pulpiti</i> , et dicitur <i>positivus</i> gradus eo quod primus ponatur <i>quasi fundamentum graduum</i> . Comparativus autem eo quod <i>plus significat</i> positivo. Superlativum dicitur	45
Bad. 171 ^v	<i>superexcellens</i> , suum enim excellit comparativum». Et quia in Deo non est aliquid unum quod conveniat pluribus secundum plus et secundum superexcellens in uno, ideo talis comparatio non est in divinis aliquo modo, quia talis comparatio requirit quod id in quo fit comparatio sit in aliquo uno simpliciter, et secundum plus in alio, et superexcellenter in	50
I' 314 ^b	tertio, prout de tribus hominibus dicitur "Iste primus est doctus", "Iste secundus est doctior", id est magis doctus quam primus, "Ille tertius est doctissimus", id est doctus excellenter super secundum et super	
K" 124 ^a	primum. Et semper in tali comparatione sicut comparativum dicit in uno aliquid magis illius rei in qua fit comparatio, sic positivum dicit minus eiusdem rei in alio, ut si doctior est magis doctus, simpliciter doctus respectu cuius ille dicitur doctior est minus doctus. Et si doctissimus est magis in excellentia doctus, doctus simpliciter et similiter magis doctus respectu quorum ille dicitur doctissimus, uterque illorum respectu illius est minus doctus.	55
Bad. 171 ^v x		60
E' 116 ^b	De tali autem comparatione verum est quod non est sine gradu, nec est inter aliqua quae sunt in divinis, et ideo nec talis comparatio, ut dictum est, est inter personas divinas. Nec idcirco secundum talem comparationem dicitur aliquid principaliter alio in divinis, puta nec generatio principaliter emanatio quam sit spiratio, quia aliter spiratio	65
B" 100 ^b	dicenda esset non solum non principaliter spiratio sed minus principaliter quam generatio, et sic eiusdem rationis esset utraque emanatio differens solum secundum magis et minus, quod falsum est. Nec similiter dicitur Pater principaliter spirare quam Filius, quia aliter Filius dicendus est non solum non principaliter spirare sed minus principaliter quam Pater. Et esset illa ratio qua ambo spirant, differens secundum magis et minus, ut unus et alter spirant secundum eam, quod totum falsum est.	70
Scarp. 1110 ^a	Similiter quia in divinis spiratio nullo modo dicitur principaliter emanatio sive productio, nec etiam minus principaliter quam sit generatio, sed solummodo dicitur non principaliter productio, consimiliter Filius nullo modo dicitur principaliter spirare nec etiam minus principaliter spirare quam spiraret Pater, sed solummodo dicitur non principaliter	75
Q 90 ^a		

spirare. Et sic in proposito gradus comparationis inter principaliter et principaliter in divinis non significant eandem rem diversificatam circa
 80 diversos secundum dictum modum, sed eandem penitus; et ut circa generationem et spirationem quando generatio dicitur esse principalior emanatio respectu spirationis vel circa spirationem quando Pater dicitur principaliter spirare quam Filius. Unde principalis et principalior productio in divinis non dicitur nisi generatio; similiter principalis et
 85 principalior spirator sive principaliter et principaliter spirare non dicitur nisi Pater.

Quare gradus istius comparationis, scilicet positivus et comparativus, idem secundum rem significant, non diversificatum tamen secundum magis et minus sed penitus idem, ut sit diversificatio secundum
 90 vocem tantum. Et secundum hoc est comparatio secundum vocem tantum, sed aliter | quam grammatici appellant comparationem secundum vocem tantum, in qua non est aliqua eadem significatio secundum rem in diversis gradibus comparationis, sed tantum eadem vox secundum finem variata. Hic vero appellatur comparatio secundum vocem
 95 tantum in qua est penitus eadem significatio secundum rem, non variata secundum magis et minus in diversis gradibus sed solummodo vox diversificatur ex parte finis. Propter quod licet sit res eadem, non tamen est comparatio secundum rem, sed secundum vocem tantum. |

S' 230^{vb}

Bad. 172^{ry}

K" 124^{vb}

Et est advertendum quod principalitas, | tam in divinis quam in creaturis, nihil aliud dicit quam praerogativam quandam in aliquo. Sed illa praerogativa vel potest fundari in aliquo absoluto vel in aliquo relativo. Praerogativa | quidem in absoluto habet in creaturis comparationem secundum rem eandem penes magis et minus variata, ut patet cum dicitur 'doctus, doctior'. Et ideo talis praerogativa non invenitur in
 100 divinis, quia in divinis non suscipit res eadem magis aut minus, sed | tantummodo illa quae fundata est in relativo, quae simpliciter significatur in positivo et sub modo excessus secundum vocem in | comparativo. Et consistit ista praerogativa in hoc quod id sive ille cui convenit praerogativa, habet rationem originandi respectu illius super quod vel
 105 super quem est praerogativa, quemadmodum habet generatio super spirationem secundum praedicta.

B" 100^{va}

Scarp. 1110^b

I' 314^{va}

Propter quod dicitur generatio processio principalis respectu spirationis et similiter processio principalior quam sit spiratio. Et quemadmodum habet praerogativam Pater in spirando super Filium, quia
 115 quod Filius spirat hoc habet a Patre secundum praedicta, propter quod Pater dicitur spirare principaliter respectu Filii et similiter principaliter quam Filius. Nec tamen Filius ex hoc dicendus est spirare minus principaliter, aut spiratio esse processio minus principalis quam sit generatio,

quia spiratio nequaquam dicitur processio principalis, nec Filius ullo modo dicendus est spirare minus principaliter; et hoc ideo quia Filio aut ipsi spirationi nullo modo convenit illa ratio sive relatio super quam fundatur illa principalitas quae est ex parte Patris quod a se habet alius quod spiret, et ex parte generationis quod ipsa quodammodo est ratio spirationis secundum dicta. 120

Et contingit hoc in proposito, quemadmodum secundum HILARIUM Pater dicitur maior Filio, et tamen Filius nullo modo dicitur esse minor Patre, ut patebit inferius disputando de personarum aequalitate. Unde quod Pater dicitur spirare principaliter et principalius Filio, non est comparatio propria sed abusiva, quemadmodum est comparatio abusiva cum angelus bonus dicitur esse melior diabolo, quia diabolus nec simpliciter est bonus nec minus bonus quam angelus (dico bonitate gratiae), quia illum in nullo communicat diabolus. Et similiter etiam est comparatio abusiva qua dicitur quod generatio est principalis processio et principalior | spiratione. | 125

Q 90^b
Bad. 172^z

Ad secundum quod «*actio procedens a pluribus una simplici virtute non procedit principaliter ab uno quam ab altero*», dico secundum iam dicta quod verum est de principalitate fundata in aliquo absoluto, puta quando duo delegati una et eadem virtute delegantis sibi commissa exsequuntur mandatum delegantis, neuter illorum dicitur principaliter mandatum illud exsequi quam alter, nec etiam unus illorum | dicitur principaliter exsequi 135

B" 100^b

K" 125^a

Scarp. 1111^a

eodem | et neuter ab altero. Quemadmodum si Spiritus Sanctus procederet a solo Patre, ambo aequaliter haberent potestatem creandi a Patre et neuter ab altero, et ideo neuter illorum principalis diceretur aut | principaliter creare respectu alterius, quemadmodum modo Filius dicitur principaliter creare respectu Spiritus Sancti eo quod potestatem creandi habet Spiritus Sanctus a Filio. 140 145

E' 117^a

De principalitate autem fundata in relativo illud non est verum | secundum quod procedit ratio in oppositum et bene. Quia enim a Patre habet Filius quod sit et quod sit Deus, ideo Pater dicitur esse principale nomen deitatis, dicente AUGUSTINO in II^o De Trinitate: «*Credimus sanctam Trinitatem et unum Deum esse Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. Pater eo est quod habet Filium, Filius eo quod habet Patrem*», Spiritus Sanctus eo quod sit ex Patre et Filio procedens. Pater ergo principium principale nomen est deitatis. Sicut autem Pater, eo quod est principium et Filii et Spiritus Sancti, est principale nomen deitatis simpliciter, propter quod dicit AUGUSTINUS libro De Trinitate IV^o cap.^o 4^o quod «*Pater est principium totius divinitatis*», sic Filius eo quod est principium Spiritus Sancti. Et secundum eundem modum Pater potest 150 155

- 160 dici principaliter Deus et similiter principaliter Deus quam Filius aut Spiritus Sanctus; et consimiliter Filius potest dici principaliter Deus respectu Spiritus Sancti et etiam principaliter Deus quam Spiritus Sanctus. Et consimiliter si Filius dicitur principaliter Deus respectu Spiritus Sancti, quia quod Spiritus Sanctus est Deus hoc habet a Filio;
- 165 Pater etiam potest dici principalissime, quia et Filius et Spiritus Sanctus habent a Patre quod sunt Deus, ut secundum hoc Pater dicatur | principalissime in superlativo, et hoc respectu Filii et Spiritus Sancti, et Filius principaliter respectu Spiritus Sancti.
- 170 Non tamen iuxta praedicta Spiritus Sanctus ullo modo dicendus est esse principaliter Deus neque minus principaliter quam Pater aut Filius, quia | nullo modo convenit ei relatio secundum quam dicitur aliquis principaliter Deus, ita quod si in divinis recipiatur comparatio secundum tres gradus, quod scilicet in divinis sit Deus principaliter, principaliter et principalissime, positivus convenit communiter Patri et
- 175 Filio, comparativus Filio respectu Spiritus Sancti et Patri respectu utriusque, superlativus autem convenit soli Patri. Et cum dicitur Filius esse Deus principaliter respectu Spiritus Sancti, et | similiter principaliter, et similiter Pater Deus esse Deus principaliter et similiter principalissime respectu Filii et Spiritus Sancti, eadem est penitus significatio in positivo
- 180 quae est in comparativo et in superlativo. Sed cum dicitur Filius esse Deus principaliter respectu Spiritus Sancti, et Pater principalissime respectu utriusque, penitus est alia et alia | significatio in comparativo et in superlativo, eo quod principalitas superlativa in Patre et comparativa in Filio fundantur super relationem aliam et aliam. Filius enim non dicitur Deus principaliter quam Spiritus Sanctus nisi quia ab ipso est Spiritus Sanctus. Pater etiam non dicitur esse Deus principalissime | nisi
- 185 quia ab ipso habet esse Filius, et ab ipso habet Filius quod a Filio habet esse Spiritus Sanctus. Ex hoc enim quod praecise a Patre habet esse Spiritus Sanctus, solummodo dicitur esse principaliter Deus quam Spiritus Sanctus sicut et Filius ex hoc quod | similiter ab ipso habet esse Spiritus Sanctus. Et sicut Pater solummodo dicitur esse Deus principaliter respectu Filii in quantum praecise ab ipso habet esse Filius, et sic, cum in divinis dicitur esse Deus principaliter, principaliter et principalissime, comparatio | inter principaliter et principalissime est comparatio
- 190 voce tantum inter comparativum et superlativum secundum modum grammaticum quo aliud significatur omnino in uno gradu et in altero. Alia enim relatione omnino dicitur Pater principalissime Deus, alia vero dicitur Filius principaliter Deus quam Spiritus Sanctus. Propter quod non minus principaliter dicitur Deus Filius quam Pater, nec Spiritus Sanctus quam Pater aut Filius. Est vero comparatio voce tantum inter
- 195
- 200
- I' 314^{ab}
- S' 231^a
- Scarp. 1111^b
- B" 101^a
- Bad. 172^{vz}
- K" 125^b
- Q 90^{va}

comparativum et positivum secundum modum quo, secundum praedicta, in divinis penitus idem significant comparativum et positivum. Eadem enim relatione omnino dicitur Filius aut Pater principaliter aut principalissime Deus, quo singulus eorum dicitur principaliter Deus. |

Bad. 172^{va}
Scarp. 1112^a

QUAESTIO 10

UTRUM SPIRANTES HABEANT ALIQUAM ALIAM PROPRIETATEM
COMMUNEM QUAM SPIRATIONEM ACTIVAM

Circa decimum arguitur quod spirantes habent aliquam aliam proprietatem communem quam spirationem activam. Primo sic. Sicut se 5
habet generatio ad solum Patrem, sic se habet spiratio communiter ad Patrem et Filium. Sed non solum generatio activa est positive proprietas propria Patris, sed etiam generatio passiva negative est proprietas Patris, quae est ingenitum esse. Ergo consimiliter non solum spiratio activa positive est proprietas communis Patris et Filii, sed etiam spiratio 10
passiva negative erit communis proprietas Patris et Filii, quae est inspiratum esse.

Secundo sic. Sicut in Deo intellectus est naturalis et ideo consideratur in Deo intellectus ut est natura et ut est intellectus, et ab eo in quantum est natura simpliciter consequitur proprietas quae est generatio 15
activa in Patre, in quantum vero est intellectus sive natura intellectualis, consequitur proprietas quae est dicere secundum superius determinata, sic in Deo est voluntas naturalis, quae consideratur ut est natura et ut est voluntas. Ergo et ab ea in quantum est natura simpliciter consequi debet 20
| una proprietas, et ab ea in quantum | voluntas debet consequi alia proprietas, quarum una respondet ei quod est generare in Patre, alia vero ei quod est dicere. Quare, cum voluntas secundum supra determinata est principium productivum in Patre et Filio communiter sicut intellectus in Patre, et ex parte intellectus in Patre non solum est proprietas Patris generare sed etiam dicere, consimiliter in Patre et Filio ex 25
parte voluntatis non solum est proprietas ipsorum communis spirare, sed etiam aliqua alia.

I' 315^{va}
B" 101^{tb}

Scarp. 1112^b

Bad. 172^{vb}

In contrarium est quod tunc essent | plures notiones quam quinque secundum superius determinata, quod est contra omnes doctores theologicos. | 30

<SOLUTIO>

35 Dico <quod> secundum quod supra expositum est in principio
 tertiae quaestionis circa proprietates proprias Patri, una proprietas
 potest intelligi esse alia ab altera vel secundum | rem vel secundum
 rationem tantum. Secundum rem autem una non est alia ab altera, ut ibi
 40 tactum est, nisi ex ordine ad obiectum aliud et aliud. Quare, cum Pater
 et Filius non habeant communem ordinem ad obiectum nisi ad unicum,
 scilicet ad Spiritum Sanctum communiter productum ab ipsis, secun-
 dum rem igitur non est nisi una proprietas communis Patri et Filio, quae
 45 cum sit spiratio activa secundum praedeterminata, praeter spirationem
 ergo activam spirantes nullam habent aliam proprietatem realem com-
 munem. Secundum rationem autem proprietas una est alia ab alia ex
 diverso modo se habendi in ordine ad obiectum. Et hoc modo bene
 verum est quod spirantes | habent aliam, immo alias proprietates
 50 communes quam spirationem, quae tamen sunt idem secundum rem
 cum spiratione activa, quemadmodum Pater habet proprietates proprias
 alias secundum rationem | a generare, quae secundum rem sunt idem
 cum ipso generare. |

K" 125^{va}E' 117^{rb}S' 231^{rb}Bad. 172^{vc}

Sed huiusmodi diversitas in ordine diverso ad idem obiectum
 50 potest accipi tripliciter. Uno modo ut ipsum obiectum iam habitum est
 et simul existens cum producente. Qualis proprietas in Patre importatur
 nomine paternitatis, ut | expositum est in dicta quaestione. Alio modo
 ut obiectum habet produci a producente et hoc dupliciter: uno modo
 accipiendo istam diversitatem ex parte principii productivi; alio modo
 55 accipiendo ipsam ex parte actus quo producitur. Uno enim modo, | quia
 productio quae est generatio in Patre non est in quacumque natura et
 cuiuscumque producentis de quocumque, sed in natura intellectuali.
 Productio illa qua Pater producit Filium, non solum dicitur generare
 ratione naturae simpliciter, sed etiam dicitur dicere ratione naturae
 60 intellectualis. Et sunt idem re, differentia sola ratione, secundum quod
 supra declaratum est de proprietatibus Patris in quaestione secunda.
 Alio autem modo, quia actus generandi tripliciter habet mediare | inter
 generantem et genitum, differunt secundum rationem in Patre generati-
 vum et potentia generandi et ipsum generare, ut declaratum est ibidem
 65 in quaestione tertia.

Q 90^{vb}Scarp. 1113^aB" 101^{va}

Secundum primum istorum modorum est modus proprietatis
 innominatus, quo Pater et Filius respiciunt Spiritum Sanctum ut iam
 productum et simul existentem cum eis, qualis importatur in Patre
 respectu Filii nomine paternitatis. Unde sicut Pater dicitur Pater «*quia est*
 70 *ei Filius*» et «*non est Pater nisi per Filium*», ut expositum est in dicta quaesti-
 one tertia, et similiter «*non est Pater nisi quia habet Filium*», ut tactum est
 iam in quaestione praecedente, sic Patri et Filio non convenit iste modus

	relationis innominatus ad Spiritum Sanctum nisi quia est eis Spiritus Sanctus et per Spiritum Sanctum, et quia habent Spiritum Sanctum iam productum ab eis. Et quia iste modus innominatus est, ideo	75
Bad. 173 ^C Bad. 173 ^D I' 315 ^b	AUGUSTINUS in sermone praedicto de Trinitate dicit: « <i>Pater eo est quod habet Filium, Filius eo quod habet Patrem</i> », non subiunxit simile quid de Spiritu Sancto dicendo Spiritus Sanctus eo est quod habet talem vel talem a quo habet esse. Sed dixit: « <i>Spiritus Sanctus eo est quod sic ex Patre et Filio procedit</i> ». Spiritus Sanctus enim non circumloquitur relationem talem qualis importatur nomine paternitatis aut filiationis, sed potius qualis importatur nomine ignis, ut infra patebit.	80
K" 125 ^b		
Bad. 173 ^E	Penes secundum dictorum modorum, quod ista productio quae est spiratio activa in Patre et Filio, non est a quacumque voluntate sed a voluntate summe liberali, productio ista qua Pater et Filius producunt Spiritum Sanctum, non solum dicenda est spirare ratione voluntatis simpliciter, sed etiam alio quodam modo innominato qui se habet ad spirare sicut se habet dicere ad generare, quam possumus vocare 'flagrare'.	85
	Ad cuius ampliorem intellectum advertendum ex supra determinatis, praecipue in quaestione de intelligere Dei, quod sicut supposita informatione intellectus ut simpliciter est notitia simplici essentiali, ipse intellectus sic informatus consideratur uno modo ut est natura simpliciter et principium activum naturale in se ipsum ut est conversus et nudus secundum modum superius expositum. Consideratur etiam alio modo ut est intellectus et principium activum intellectuale. Et ut primo modo consideratur, est principium actus generandi; ut vero consideratur secundo modo, est principium actus dicendi. Differunt enim sola ratione actus generandi et dicendi, quemadmodum sola ratione differt intellectus ut consideratur primo modo et secundo.	90 95 100
Scarp. 1113 ^b		
B" 101 ^b	Sic supposita informatione voluntatis ut simpliciter est amore simplici essentiali, ipsa voluntas conversa consideratur uno modo ut est voluntas simpliciter nuda et principium activum voluntarium in se ipsam ut est informata amore simplici essentiali. Consideratur etiam alio modo ut est liberalis et principium activum liberale. Et ut in primo modo consideratur, est principium actus spirandi, ut vero secundo modo consideratur est principium actus innominati quem vocamus actum flagrandi. Et differunt sola ratione actus spirandi et actus flagrandi quemadmodum sola ratione differt voluntas ut consideratur primo modo et secundo. Et actus spirandi ex parte voluntatis respondet actui generandi ex parte intellectus. Actus vero flagrandi respondet ex parte intellectus actui dicendi et addit ipsum flagrare super spirare et super actum amandi essentialem, quem ipsum dicere addit super generare et	105 110
Q 91 ^a		

- 115 super actum intelligendi essentialem, prout supra est expositum de
 generare et dicere et intelligere. Et per correspondentiam hic consimilia
 debent intelligi | de spirare et flagrare et amare. Secundum eundem
 enim modum quo sunt idem secundum rem generare et dicere ex parte
 intellectus et differunt sola ratione, ut expositum est supra in quaestione
 secunda praedicta de generare et dicere, consimiliter sunt idem secun-
 120 dum rem spirare et flagrare ex parte voluntatis et differunt sola ratione. |
 Unde et fere eisdem | modis quibus Sacra Scriptura et sancti
 utuntur hoc verbo 'dicere', secundum quod determinatum est supra de
 dicere in praedicta quaestione secunda, consimiliter possent uti hoc
 verbo 'flagrare'. Sicut enim secundum ibi determinata 'dicere' aliquando
 125 tenetur notionaliter, aliquando vero essentialiter, et tunc supponit
 intelligere et includit in suo significato actum manifestandi sive manifes-
 tum faciendi cum relatione ad illa quae nata sunt manifestari cuicumque
 intellectui eo quod notionaliter dicitur, cuiusmodi est verbum sive |
 declarativa notitia, quod est idem re quod Filius secundum superius
 130 determinata, consimiliter et flagrare aliquando teneri potest | notionaliter,
 aliquando vero essentialiter, et tunc supponit amare et includit | in
 suo significato actum placendi sive placidum faciendi cum relatione ad
 illa quae nata sunt placida fieri cuicumque voluntati eo quod notionaliter
 135 flagratur; cuiusmodi est quiddam correspondens verbo apud emanatio-
 nem voluntatis quod possumus vocare zelum sive inflammatum amo-
 rem, quod est idem re | quod Spiritus Sanctus, quemadmodum Verbum
 est idem re quod Filius et flagrare est idem re quod spirare, quemadmo-
 dum dicere est idem re quod generare, prout inferius declarabitur. Unde
 qualia superius determinata sunt de dicere ex parte intellectualis operati-
 140 onis, consimilia per quandam correspondentiam intelligi debent hic de
 flagrare ex parte voluntariae operationis.
 Penes tertium autem dictorum modorum differunt secundum
 rationem in Patre et Filio 'spirativum', 'potentia spirandi' et 'spirare',
 sicut in Patre 'generativum', 'potentia generandi' et 'generare', ut habi-
 145 tum est supra. Sic ergo non est secundum rem alia proprietas communis
 Patri et Filio quam spirare, licet aliae sint quae differunt ab hac secun-
 dum rationem, sed sunt eadem secundum rem secundum quod procedit
 ultima ratio. |

S' 231^{va}Bad. 173^{rg}K" 126^{ra}E' 117^{va}I' 315^{va}Scarp. 1114^aB" 102^{ra}Bad. 173^{rh}

<AD ARGUMENTA>

- 150 Ad primam in contrarium quod «*Patris non solum est proprietas
 generare sed etiam ingenitum esse, ergo et Patris et Filii communiter proprie-*

	<i>tas est non solum spirare sed etiam inspiratum esse», dico quod secundum superius determinata, ingenitum non est proprietas sive notio Patris ratione eius quod per se et principaliter significat. Cum enim dignitatis sit genitum ratione principalis significati, nullo modo ratione eiusdem in quantum praeclise privatur in nomine ingeniti; ingenitum esse potest esse dignitatis, non tamen est indignitatis sed potius condicionis alterius dignitatis. Quod autem ingenitum est notio, hoc est ratione eius quod consequitur sive intelligitur in ingenito ratione eius quod principaliter significatur nomine ingeniti. </i>	155
Bad. 173 ^{fl}		160
Q 91 ^{fb}	Quia enim generare est prima productio et genitum est primum	
K" 126 ^{fb}	productum, ipsum generare est ratio omnis ulterioris productionis, et ipse genitus est ratio producendi omnem ulterius productum, ut licet aliquis sit immediate productus alia productione, productus tamen est quoquo modo mediante generatione alterius. Et ideo ipse non omnino ita proprie et perfecte potest dici ingenitus sive non-genitus, sicut ille a quo habet esse primo alius per generationem, propter quod, quia generatio est prima productio, ingenitum sic acceptum circa generantem non solum negat genitum sive per generationem esse immediate, sed etiam mediate. Et sic negat omne esse ab alio, et hoc est quod intelligitur nomine ingeniti et consequitur principale significatum, ratione cuius habet rationem dignitatis simpliciter; et est notio, ut superius est expositum.	165
Bad. 173 ^{fl}		170
Scarp. 1114 ^b		175
B" 102 ^{fb}		180
	Nunc autem in proposito non est simile de non-spirato, quia non-spiratum proprietas sive notio non est ratione eius quod per se et principaliter significat, cum neget illud quod dignitatis est et notio ratione sui principalis significati, similiter neque ratione alicuius quod consequitur sive intelligitur in non-spirato ratione eius quod principaliter significatur in ipso. Quia enim spirare non est prima productio et spiratum non est primum productum, neque ipsum spirare est ratio omnis producti in divinis, immo nullius, quia in divinis non est ulterior productio, ut habitum est supra, ut propterea ipse genitus in divinis ita perfecte possit dici non-spiratus sive inspiratus, sicut ipse generans dicitur ingenitus. Et communiter conveniens gignenti et genito non negat omne esse ab alio. Et ideo quando solummodo, ut dictum est, ingenitum habet rationem dignitatis et notionis, hoc habet eo quod includit in suo intellectu non esse omnino ab alio. Nullo igitur modo inspiratum proprietas poterit dici aut notio Patris et Filii communis, quia nullo modo in suo intellectu includit esse omnino ab alio. Et sic inspiratum nullo modo potest esse proprietas communis Patris et Filii, licet ingenitum sit proprietas et notio solius Patris.	185
I' 315 ^{fb}		190
S' 231 ^{fb}		
Bad. 173 ^{vk}		

Ad secundum quod «*in Deo consideratur intellectus ut est natura et ut intellectus est, ergo et voluntas etc.*», dico quod verum est conclusum. Sed
 195 illa diversitas inter actionem quae procedit a voluntate ut est natura et ut est voluntas, non est nisi secundum rationem tantum; et ambo sunt una
 proprietas secundum rem, sicut superius est expositum de dicere et generare. Circa tamen ipsum medium inductum est advertendum quod
 200 deficit in similitudine. Licet enim intellectus et voluntas in Deo considerantur ut natura et ut intellectus sive voluntas, et natura communiter in
 eis accipitur pro principio intrinseco notionaliter sive modo naturae, hoc tamen fit diversimode, quia motum modo naturae | movet quodam
 modo principaliori, quodam vero non principaliori. |

K" 126^{va}
 Bad. 173^{vl}

Est enim duplex modus movendi modo naturae, scilicet et impetu
 205 et necessitate, quorum primus est principalior et excludit modum movendi ex libera voluntate; secundus vero est non principalior nec
 excludit modum movendi ex libertate voluntatis, sed solum ex voluntatis libero arbitrio. Primo modo in generatione Filii et Verbi
 distinguitur | productum et ut est natura et ut est intellectus, | quia non
 210 solum necessitate incommutabili, sed impetu quodam Pater producit Filium sive Verbum. Secundo modo in spiratione Spiritus Sancti distin-
 guitur productum ut est natura et ut est voluntas, quia sola necessitate incommutabilitatis absque omni impetu Pater et Filius producunt
 Spiritum Sanctum.

B" 102^{va}
 Scarp. 1115^a

Propter quod dictum est superius quod utraque productio est
 215 modo naturae, sed principaliori | modo naturae producitur Filius. | Est etiam processio Filii principaliori modo naturae ex parte modi proce-
 dendendi incommutabili necessitate, quia etsi voluntas sub diversis rationi-
 bus consideratur et ut est natura et ut est voluntas sicut et intellectus,
 220 tamen alius et alius est ordo harum rationum, quia ex parte intellectus ratio intellectus, ut est natura, prima est respectu eiusdem ut est intellec-
 tus. E converso autem est ex parte voluntatis. Nam ratio voluntatis, ut est voluntas, prima est respectu eiusdem ut est natura. Libertas ex parte
 voluntatis est; principalitas autem ex parte intellectus, ut in Deo volun-
 225 tas dicatur esse naturalis respectu productionis Spiritus Sancti, natura vero intellectualis respectu productionis Filii.

Q 91^{va}
 E' 117^{vb}

Nunc autem semper prima ratio principiandi principalis est
 respectu secundae; propter quod ex parte intellectus principalior est
 230 modus naturae, quia secundum primam rationem est quam ex parte voluntatis, quia secunda est. Propter ergo istum duplicem modum |
 principalio rem naturae in procedendo, Filius simpliciter dicitur proce-
 dere modo naturae et Spiritus Sanctus modo | voluntatis. Nec tamen
 modus voluntatis removendus est a processione Spiritus Sancti; Pater

Scarp. 1115^b

I' 316^a

enim dicitur generare Filium voluntate consequente sive concomitante
 et omnino impertinente ad rationem generativam, ut habitum est supra 235
 et amplius declarabitur in sexta quaestione articuli sequentis. Pater
 autem et Filius nequaquam dicuntur spirare Spiritum Sanctum natura
 consequente sive concomitante, modo quo voluntas sequitur generatio-
 nem Filii, et hoc ideo, quia modus naturae ex impetu nullo modo cadit
 in processione Spiritus Sancti, quia, ut dictum est modo, iste modus 240
 naturae libertatem sive liberalitatem excludit qua primo et principaliter
 spiratur Spiritus Sanctus. Modus autem naturae ex necessitate incommu-
 tabili non concomitatur rationem voluntatis qua primo et principaliter
 spiratur Spiritus Sanctus sicut modus voluntatis liberae concomitatur 245
 rationem naturae qua primo et principaliter generatur Filius, quia modus
 ille naturae, licet sit concomitans, pertinet ad rationem spirandi cum
 ratione voluntatis. Non sic autem modus iste concomitans pertinet ad
 rationem | generandi cum ratione naturae ut propterea | sit diversus
 modus concomitandi hic et ibi. |

Kⁿ 126^{vb}
 Bⁿ 102^{vb}
 S^r 232^{ra}
 Bad. 173^l
 Scarp. 1116

ARTICULUS LXI

DE PROPRIETATIBUS PROPRIIS SPIRITUI SANCTO

Sequitur de proprietatibus propriis Spiritui Sancto de quibus
 decem sunt inquirenda. Primum est utrum 'spiritus sanctus' sit nomen
 5 personae institutum a proprietate personali; secundum est utrum spirari
 sit proprium Spiritui Sancto; tertium utrum Spiritui Sancto sit aliqua alia
 proprietas quam spirari; quartum utrum Spiritus Sanctus spiretur a Patre
 in Filium et e converso; quintum utrum Spiritus Sanctus in eo quod
 spiratur procedat ut amor; sextum utrum procedat ut amor de amore an
 10 sit amor de notitia; septimum utrum Spiritus Sanctus sit amor quo Pater
 et Filius diligunt se et alia; octavum utrum Spiritus Sanctus procedat ut
 donum; nonum utrum Spiritus Sanctus sit donum quo cetera donantur;
 decimum utrum a Patre detur Filio et e converso. |

Bad. 174^M
 Scarp. 1116^a

QUAESTIO 1

UTRUM 'SPIRITUS' SIT NOMEN PERSONAE INSTITUTUM A
 PROPRIETATE PERSONALI

Circa primum arguitur quod 'spiritus sanctus' non sit nomen
 5 personae divinae. Primo sic. Non est persona divina nisi relativa, ut
 habitum est supra. Sed 'spiritus sanctus' non est nomen relativum sed
 absolutum, quia absolutum est quod dicitur 'spiritus' et similiter quod
 dicitur 'sanctus'. Ergo etc.

Secundo sic. Nomen quod communiter convenit tribus personis
 10 divinis essenziale est in divinis et non personale, ut patet ex supra
 determinatis. Hoc nomen 'spiritus sanctus' tribus personis convenit,
 Pater enim et spiritus est et sanctus, similiter | et Filius et | quaecum-
 que alia persona in divinis. Ergo etc.

Q 91^{vb}
 Scarp. 1116^b

Contra. Dicitur I^{ae} I o a n n i s 3^o «tres sunt qui testimonium dant in
 15 caelo: Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus». Hoc autem non esset nisi Spiritus
 Sanctus esset nomen personae. Ergo etc. |

Bad. 174^{rN}

<SOLUTIO>

Dicunt ALIQUI quod nomen aliquod dupliciter potest considerari.
 Uno modo ratione sui principalis significati; alio modo ratione usus sui.
 20 Primo quidem modo dicunt quod Spiritus Sanctus non est proprium
 nomen personae sed commune Trinitati, ut procedunt duo prima
 obiecta. Secundo modo, ut procedit tertium obiectum, dicunt quod est
 proprium nomen personae tertiae in divinis. Utuntur enim theologi hoc
 nomine 'Spiritus Sanctus' pro nomine relativo nondum imposito, | licet

Scarp. 1117^a

de se sit absolutum, quod non oportet dicere. Immo simpliciter potest dici quod 'Spiritus Sanctus' | est proprium nomen personae et relativum. | 25

I' 316^b
Bad. 174^o

Ad cuius intellectum et ad dissolutionem argumentorum simul sciendum est quod hoc nomen 'spiritus' uno modo dicitur a spiritualitate, appellando qualemcumque rem, prae naturae suae subtilitate spiritualem spiritum, secundum quod etiam ventus spiritus dicitur. Et hoc modo spiritus est in divinis nomen naturae sive essentiae et penitus absolutum conveniens tribus personis, ut procedunt duo prima obiecta. | Et hoc modo Deus | essentialiter supponens et communiter pro tribus personis dicitur 'spiritus'; I o a n n i s IV^o: «*Deus spiritus est*». 30 35

Bad. 174^p
B" 103^a

Alio autem modo dicitur 'spiritus' ab actu spirandi, scilicet quia spiratur et spiratione esse habet, et quasi per expulsionem sive excussio- nem a spirante de eo de quo spiratur, secundum quod supra | declara- tum est assignando | differentiam inter generationem et spirationem. Hoc autem modo nominando spiritum, 'spiritus' in divinis est nomen personae, non essentiae; et penitus relativum conveniens solummodo tertiae personae in divinis. Et est institutum a proprietate personali relativa quae est spirari, sicut genitum impositum est a proprietate relativa quae est generari, secundum modum superius expositum de genito, et iam exponetur de Spiritu Sancto. Quia, ut dicit AUGUSTINUS V^o D e T r i n i t a t e cap.^o 11^o: «*Spiritus Sanctus in eo quod proprie dicitur Spiritus Sanctus, relative dicitur*»; sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine sicut in hoc nomine 'donum'. | Quod autem cum nomine 'spiritus' adiungitur 'sanctus', hoc fit per antonomasiam, quia huic spiritui sanctitas appropriatur ut spiritus iste ab aliis spiritibus discernatur, ut sit idem ex parte tertiae personae in divinis spiritum esse, quod est ex parte personae secundae genitum esse; et secundum hoc bene procedit tertia obiectio. | 40 45 50

K" 127^a
Scarp. 1117^b

Bad. 174^o

E' 118^a
Bad. 174^r
Scarp. 1117a

QUAESTIO 2

UTRUM SPIRARI SIT PROPRIUM SPIRITUI SANCTO

Circa secundum arguitur quod spirari non sit proprium Spiritui Sancto. Primo sic. Illi cui convenit spirare non est proprium spirari, quia nihil potest esse proprium alicui cui convenit contrarium illius. Spirare autem convenit Spiritui Sancto, I o a n n i s IV^o: «*Spiritus ubi vult spirat*». Ergo etc. 5

10 Secundo sic. Quod spiratur procedit a termino in terminum; aer enim non spiratur nisi cum procedit intus ab extra per inspirationem, vel extra ab intus per respirationem. | Spiritus Sanctus autem in sua emanatione non procedit a termino | in terminum, quia non recedit ab eo a quo emanat. Ergo Spiritus Sanctus non spiratur, si autem non spiratur, spirari non est proprium ei. Ergo etc.

Scarp. 1117^b
S' 232^b

15 Contra. Spiritus Sanctus 'spiritus' dicitur quia spiratur, ut iam tactum est, et hoc non nisi quia spirari est ei proprium, sicut generari est proprium Filio, ut supra expositum est; ergo etc. |

Bad. 174^{rs}

<SOLUTIO>

20 Dico quod, sicut secundum superius determinata aliquid dupliciter dicitur generari, | uno modo ut subiectum generationis, alio modo ut terminus generationis, consimiliter aliquid dupliciter dicitur spirari: uno modo ut subiectum spirationis de quo spirans spirat; alio modo ut terminus spirationis et ille qui | spiratur. Primo autem modo spirari potius proprium est ei de quo spiratur quam ei qui spiratur, et non est proprium ei qui spiratur | nisi per quandam reductionem eius de quo spiratur ad illum qui spiratur, ad modum quo hoc superius est expositum de generari quod convenit ut subiecto ei de quo generatur. Secundo autem modo spirari proprium est ei qui spiratur ut Spiritui Sancto, sicut secundum praedeterminata generari est proprium ei qui generatur | ut Filio, sicut procedit ultima obiectio.

Bad. 174^{vs}

Scarp. 1118^a

B" 103^{rb}

Q 92^{ra}

30 Illa enim quae superius exposita sunt circa proprietatem Filii quae est generari, hic intelligenda sunt circa proprietatem | Spiritus Sancti quae est spirari. Ipsum enim spirari est proprietas constitutiva personae Spiritus Sancti secundum eundem | modum quo generari est proprietas constitutiva personae Filii, et similiter potentia spirandi passive est proprietas Spiritus Sancti et in Spiritu Sancto secundum eundem modum quo potentia generandi passive est proprietas Filii et in Filio; et sic de pluribus aliis quae supra exposita sunt circa personam Filii. |

K" 127^{rb}

I' 316^{va}

Bad. 174^{vt}

<AD ARGUMENTA>

40 Ad primum in oppositum quod «*Spiritui Sancto convenit spirare, ergo non est proprium ei spirari*», dico quod spirare aequivocum est sicut et generare et procedere. Est enim quaedam generatio aeterna et similiter processio qua in divinis una persona ab alia generatur et procedit. Et similiter est quaedam generatio temporalis qua in creaturis aliquid recipit

	esse per creationem a personis divinis, et hoc extendendo nomen 'generationis' modo quo extenditur Genesis 2 ^o ubi dicitur « <i>istae sunt generationes caeli et terrae</i> », ubi exponitur quod non loquitur nisi de generatione creationis. Unde subdit: « <i>in die qua creavit Dominus caelum et terram</i> ». Quae quidem generationes etiam possunt dici processiones, et hoc praeter illam processionem qua in missione ad aliquem effectum in creaturis, una divinarum personarum temporaliter dicitur procedere ab alia vel ab aliis, de qua processione habendus est sermo inferius in tractatu De providentia Dei et gubernatione creaturarum.	45
Bad. 174 ^v	Et consimiliter est quaedam spiratio aeterna, qua scilicet in divinis tertia persona procedit a duabus primis. Et talis spiratio passiva sine tali spiratione spirari proprium est Spiritui Sancto secundum iam dicta. Est autem alia spiratio temporalis, qua in creaturis aliquid spirituale procedit a divinis personis quod, quia est donum gratiae et bonitatis divinae, licet tali spiratione tota Trinitas spiret, ipsa tamen appropriate attribuitur Spiritui Sancto, de qua procedit obiectio. Et de tali spiratione loquitur beatus PETRUS quando dicit II ^{ae} Petri 1 ^o : « <i>Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines</i> », de qua dicit AUGUSTINUS Super Ioannem sermone 1 ^o .	50
B ⁿ 103 ^{va} Scarp. 1118 ^b	Ad secundum cum dicitur « <i>id quod spiratur procedit a termino in terminum</i> » etc., dico quod aliquid potest intelligi procedere a termino in terminum dupliciter. Uno enim modo ut aliquid praeexistens in utroque termino tamquam habens esse actu in illis, et sic existens in illo ab illo procedit ut existat in aliud. Et quod sic spiratione procedit ab uno termino in alterum, non habet esse per spirationem, sed solummodo per spirationem habet transitum ab uno termino in alterum, praesupposito esse eius. Et talis spiratio solum convenit rebus corporalibus aliquam spiritualitatem ratione suae subtilitatis habentibus, propter quod eorum transitus talis spiratio quaedam dicitur, quemadmodum aer dicitur spirari quando ab extra trahitur inspiratione in pulmonem et expellitur a pulmone per expirationem de qua principaliter procedit obiectio.	55
Bad. 174 ^v x	Alio autem modo aliquid intelligitur procedere a termino in terminum non ut aliquid praeexistens in utroque termino tamquam habens esse actu in illis, sed solummodo ut existens virtute in termino a quo procedit in quantum procedit ab illo, et sic existens in illo, ab illo procedit in alterum, in quo a primo habet esse, in illum secundum actum. Et quod sic spiratione procedit ab uno termino in alterum, non solum procedit in alterum terminum per spirationem ut habeat esse suum in illo, sed etiam ut habeat esse in se ipso simpliciter, et in se ipso sit terminus spirationis. Et ideo quod sic spiratur per spirationem non habet transitum ab uno termino in alterum, supposito esse eius in	60
K ⁿ 127 ^{va}		65
		70
		75
S ^r 232 ^{va}		80
Q 92 ^b		

- 85 uno; immo per ipsam spirationem | habet esse non solum in altero, sed
etiam in se ipso. I' 316^b
- Et talis spiratio passiva convenit alicui dupliciter. Uno modo ut
producto in esse ab alio ut a principio producente, non autem ut a
subiecto et materia, et hoc modo dona sapientiae et bonitatis spiritali-
90 ter spiratione quadam praedicta producuntur in animas sanctas a tota
Trinitate principaliter, sed appropriate a Spiritu Sancto, ut iam dictum
est. Alio autem modo ut cui | per productionem communicatur esse ab
alio ut a principio producente et ut a principio quasi subiecto et materi-
ali de quo producitur, et hoc modo Spiritus Sanctus spiratione produci-
95 tur a Patre et Filio per voluntatem eorum concordem ut est | nuda et
conversa super se ipsam informatam amore simplici et essentiali. Et
habet esse ab utroque et est tertia persona in divinis et de substantia
ipsorum, ut ipsa est voluntas informata amore simplici et essentiali,
secundum quod haec determinata sunt superius. | Producitur etiam hoc
100 modo Spiritus Sanctus a Patre in | Filium ut in terminum, et e converso
a Filio in Patrem, secundum quod iam declarabitur inferius. |
Et est hic advertendum quod ista productio Spiritus Sancti, in
quantum habet esse a producentibus, non differt a modo producendi
Filium nisi quod productio Filii est a solo Patre, et per principium quod
105 est intellectus. Productio autem Spiritus Sancti est simul a Patre et Filio
et per principium quod est voluntas, secundum modum superius exposi-
tum. In quantum vero ista productio Spiritus Sancti habet esse ab illo de
quo ut de quasi subiecto et principio materiali producitur, differt a
modo producendi Filium non solum in hoc quod productio Filii est de
110 intellectu simplici converso super se ut est informatus notitia simplici et
essentiali. Productio vero Spiritus Sancti est de voluntate informata
amore simplici | et essentiali secundum modum superius expositum.
Sed etiam differt ab illo in hoc quod productio Filii est de intellectu ut
de subiecto et quasi materia per quasi illius informationem et impressio-
115 nem factam in illo ab intellectu informato notitia simplici, a quo in
intellectu quasi formatur notitia declarativa quae Verbum est et Filius.
Productio autem Spiritus Sancti est de voluntate informata amore
essentiali ut de subiecto et quasi materia non per quasi informationem
aut impressionem quamcumque, sed potius per quasi excussionem sive
120 exsufflationem sive expressionem aut expulsionem quandam factam a
voluntate nuda a qua, ut a ratione spirativa existente in Patre et Filio,
quasi excutitur de voluntate informata amore simplici amor incentivus
qui est Spiritus Sanctus, secundum quod supra declaratum est et iam
amplius declarabitur inferius. Talis autem excussio sive exsufflatio
125 spiritualis 'spiratio' dicitur, et est similis spirationi corporali qua virtute

E' 118^bB" 103^bScarp. 1119^aBad 175^xBad 175^yK" 127^b

cordis excuteretur sive exsufflaretur aer per expirationem de pulmone ut de subiecto et principio materiali, qui prius non fuisset contentus in pulmone per | inspirationem in ipsum attractus. Sed est differentia in hoc quod aer iste excuteretur de pulmone per quendam transitum et recessum ab illo, | Spiritus Sanctus autem excutitur | de voluntate informata amore simplici absque transitu et recessu ex parte Spiritus Sancti a Patre et Filio aut ab eo de quo producitur. Nihilominus tamen procedit ab illo modo praedicto, et sic vere spiratur, licet aliter quam aliquid spiretur temporaliter, ut patet ex iam | dictis. Et quia secundum modum iam dictum Spiritus Sanctus in sua emanatione non solum procedit a producentibus, sed etiam ab illo de quo | emanat, in quantum videlicet ab illo quasi excutitur, Filius autem in sua emanatione solummodo procedit a producente, nullo autem modo ab illo de quo emanat, in quantum videlicet in illo quasi imprimitur, propter hoc, licet communiter utraque emanatio dicatur 'processio', proprie tamen emanatio Spiritus Sancti dicitur 'processio', non autem Filii; et hoc non ratione eius quod Spiritus Sanctus habet procedere a producentibus, sed solummodo ratione qua procedit modo iam dicto a principio quasi materiali et subiecto. Propter quod etiam talis emanatio proprie dicitur 'spiratio', sicut emanatio Filii proprie dicitur 'generatio'. Unde ex parte modi producendi personas de aliquo ut de subiecto et quasi materia, debet accipi differentia emanationum, non autem ex parte modi producendi ab ipsis producentibus, secundum quod | superius eorum differentiam assignavimus. |

Scarp. 1119^b
Bad 175²Bⁿ
104^a
I' 317^a
Q. 92^a
S' 232^b
K'' 128^a
Bad. 175^A
Scarp. 1120a

130
135
140
145

QUAESTIO 3

UTRUM SPIRITUI SANCTO SIT ALIQUA ALIA PROPRIETAS QUAM SPIRARI

Circa tertium arguitur quod in Spiritu Sancto sit aliqua alia proprietas quam spirari. Primo sic. Sicut convenit soli Patri esse a quo alius per generationem, et communiter Patri et Filio esse a quo alius per spirationem, sic convenit communiter Patri, Filio et Spiritui Sancto esse a quo alius per creationem. Sed esse a quo alius per generationem est proprium Patri; esse a quo alius per spirationem est proprium Filio communiter cum Patre. Ergo consimiliter esse a quo alius per creationem est proprium Spiritui Sancto communiter cum Patre et Filio.

Secundo sic. Sicut convenit proprie Patri quod non sit ab alio per generationem, sic convenit Spiritui Sancto communiter cum Patre et

5
10

15 Filio quod non sit ab alio per creationem. Quare, cum propter illud
 15 proprietatem propriam Patris est ingenitum esse, similiter propter istud
 proprietatem communis Spiritui Sancto cum Patre et Filio est increatum
 esse.

Tertio sic. Sicut convenit soli Patri esse a quo omnis alius in
 20 divinis, sic convenit Spiritui Sancto esse a quo nullus alius in divinis. Sed
 20 illud est proprium solius Patris. Ergo illud consimiliter proprium est
 solius Spiritus Sancti. |

Scarp. 1120^b

Quarto sic. Sicut commune est Patri et Filio quod ab ipsis est
 25 alius | per spirationem, sic commune est Patri et Spiritui Sancto quod
 non habent esse ab alio per generationem. Sed illud est communis
 25 proprietatem Patris et Filii; ergo et istud est communis proprietatem Patris et
 Spiritus Sancti.

B" 104^{rb}

Quinto sic. Sicut Patri convenit non esse ab alio per generatio-
 nem, sic et Spiritui Sancto. Sed propter illud Patris proprietatem est ingeni-
 tum esse. Ergo propter idem hoc etiam est proprietatem Spiritus Sancti
 30 communis cum Patre.

Sexto sic. Sicut convenit Patri quod ab ipso est alius per generati-
 onem et ipse non est ab alio per generationem, sic e contrario | conve-
 nit Spiritui Sancto quod ipse est ab alio per spirationem, et ab ipso non
 sit alius per spirationem. Quare, cum propter illa duo duplex proprietatem
 35 conveniat Patri, et propter unum illorum eius | proprietatem est generare,
 propter alterum vero eius proprietatem est ingenitum esse; ergo et propter
 ista duplex proprietatem convenit Spiritui Sancto ut propter unum illorum
 eius proprietatem est spirari, et propter alterum eius proprietatem sit non-spi-
 rantem esse.

E' 118^{va}

Septimo sic. Sicut commune est Patri et Filio quod ab ipsis est
 40 alius per spirationem, sic commune est Filio et Spiritui Sancto quod non
 est ab ipsis alius per generationem. Si ergo illud | est proprietatem commu-
 nis Patris et Filii et istud erit proprietatem communis Filii et Spiritus Sancti.

Scarp. 1121^a

Octavo sic. Secundum AUGUSTINUM XV^o De Trinitate
 45 cap.^o 17^o 'esse donum' proprium est Spiritui Sancto in divinis, quia «*nec
 donum | dicitur nisi Spiritus Sanctus*»; sed donum est aliud a spirari. Ergo
 etc.

I' 317^b

Contra. Tunc essent plures notiones quam quinque, secundum
 quod superius argutum est, quod falsum est. |

Q 92^{vb}

50 Specialiter autem arguitur contra ultimum quod esse | donum non
 sit proprium Spiritus Sancti, quia quod convenit alteri personae non est
 proprium unius. Licet enim proprietatem una possit esse pluribus personis
 communis, non tamen idem potest esse proprium uni et convenire
 alteri. Esse donum convenit alteri quam personae Spiritus Sancti, quia

K" 128^{rb}

Filius donum est eo quod datus est, I s a i a e 9^o: «*Puer natus est nobis et Filius datus est nobis*». Quidquid autem proprie datur, scilicet gratuito, donum est. Ergo etc. | 55
 Bad. 175^{vB}

<SOLUTIO>

Dico quod, secundum quod dictum est in principio solutionis quaestionis 10^{ae} articuli praecedentis, proprietas una potest esse alia ab altera vel secundum rem vel secundum rationem tantum. Loquendo ergo de diversitate secundum rem, dico quod in Spiritu Sancto non est alia proprietas quam spirari. Loquendo autem de diversitate proprietatum secundum rationem, bene verum est quod in Spiritu Sancto sunt aliae proprietates quam spirari, quae tamen secundum rem eaedem sunt cum ipso spirari, quemadmodum in Patre sunt proprietates aliae secundum rem a generare, quae tamen eaedem sunt secundum rem | cum generare; et in Filio aliae a generari, quae tamen eaedem secundum rem sunt cum generari et communiter in Patre et Filio aliae a spirare, quae tamen eaedem secundum rem sunt cum ipso spirare; secundum quod haec omnia patent inspicienti superius determinata, maxime in quaestione 10^a iam tacta et in quaestione 4^a de proprietatibus Filii. | 60
 Bⁿ 104^{va} 65
 Bad. 175^{vc} 70

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum dico quod in proposito non loquimur de proprio sive de proprietate conveniente Deo quacumque, sed solummodo de illa | quae notio dicitur, ut insinuat ultima ratio. Est autem notitia, secundum superius determinata, proprietas relativa ad dignitatem pertinens qua notificatur una persona in ordine ad aliam, vel duarum ad unam, aut unius ad duas. Quapropter talis proprietas non potest simul omnibus convenire. Quare, licet *esse a quo aliud per creationem* sit quaedam divina proprietas et relativa, quia tamen non est personae ad personam sed *communiter* convenit omnibus personis divinis et nonnisi in ordine ad creaturas, nullo [igitur] modo potest | dici talis proprietas de quali ad praesens est sermo neque Spiritus Sancti neque alicuius alterius personae divinae sive communiter sive singulariter. | 75
 S^t 233^a 80
 Scarp. 1121^b
 Bad. 175^{vd} 85

Ad secundum patet per idem. Licet enim «*conveniat communiter Spiritui Sancto cum Patre et Filio quod non sit ab alio per creationem*, non tamen

sicut Patri convenit quod non sit ab alio per generationem», quia Patri convenit non esse ab alio per generationem, quia ipse est generans, et sic a quo
 90 alius habet esse primo, et qui non habet esse ab alio, sed ab ipso omnis alius. Et sic, quia ipse est primus omnino, quod est simpliciter dignitatis et secundum ordinem unius personae divinae ad alias, super quod fundatur illa negatio qua Pater dicitur esse ingenuus sive non habens
 95 esse ab alio per generationem, | ut superius expositum est. Spiritui Sancto autem, etsi communiter cum Patre et Filio conveniat non esse ab alio per creationem, esto quod hoc sit quia ipse est creans sive potens creare, quod est dignitatis simpliciter, ut super huiusmodi affirmationem fundetur illa negatio et sic sit dignitatis simpliciter. Quia tamen ista dignitas non est in ordine inter ipsas divinas personas inter se, sed
 100 communiter in ordine ipsarum ad creaturas, ideo non esse ab alio per creationem non potest esse proprietas quae est notio alicuius | personae divinae, de quali est sermo ad praesens, sicut est non esse ab alio per generationem, quia est proprietas pertinens ad dignitatem | simpliciter et convenit uni personae divinae in ordine ad aliam. Unde et negatio importata | nomine 'ingeniti', licet fundetur super rationem primitatis
 105 qua a Patre habet esse omnis alius et omne aliud, non tamen habet rationem dignitatis notionalis, in quantum illa primitas respicit aliud in creaturis, sed solummodo in quantum respicit aliquos in divinis. |
 Ad tertium quod *«sicut Patri convenit esse a quo omnis alius in divinis, sic Spiritui Sancto convenit esse a quo nullus alius in divinis»*, dico quod verum est, hoc excepto quod illud est dignitatis in Patre simpliciter, non sic istud in Spiritu Sancto. Et hoc ideo quia si aliquid est dignitatis simpliciter, eius contrarium non est dignitatis simpliciter. Et ideo, quia esse a quo alius in divinis est dignitatis simpliciter, nullo modo esse a quo nullus alius in
 115 divinis potest esse dignitatis simpliciter, sicut neque non-genitor potest esse proprietas Filii, licet non-genitum sit proprietas Patris, ut habitum est supra in 4^a quaestione de proprietatibus Filii. Propter quod deficit simile et non sequitur: licet esse a quo omnis alius sit proprium Patri, et hoc in | duabus notionibus quae sunt generare, spirare, ut tactum est
 120 supra | in 3^a quaestione de proprietatibus Patris, | quod similiter esse a quo nullus alius sit notio omnino. |
 Ad quartum quod *«communis proprietas Patris et Filii est quod ab ipsis habet esse alius per spirationem, ergo consimiliter proprietas communis Patris et Spiritus Sancti est quod ipsi non habent esse ab alio per generationem»*, dico quod non sequitur, eo quod non est simile in hoc quod illud commune Patri et Filio est dignitatis simpliciter, nequaquam autem istud commune Patri et Spiritui Sancto, dico in quantum eis commune est. Quod dico propterea quod non esse ab alio per generationem uno

K" 128^{aa}B" 104^{vb}I' 317^{va}Q 93^{ra}Bad. 175^{ve}E' 118^{vb}Bad. 176^{re}
Scarp. 1122^a
Bad. 176^{re}

- modo potest negare generationem, in quantum est una emanatio simpliciter, alio modo in quantum est emanatio prima communiter convenit Patri et Spiritui Sancto, et negat solummodo esse immediate per generationem, et hoc modo aequaliter ingenitus sive | non-genitus dicuntur esse Pater et Spiritus Sanctus, et non est alicuius dignitatis, quia est pura negatio eius quod est simpliciter dignitatis in Filio. Secundo autem modo convenit soli Patri et negat esse per generationem tam | mediate quam immediate, et ideo ponit rationem primitatis eius a quo est omnis alius, et hoc modo ingenitus sive non-genitus dicitur solus Pater, et est dignitatis simpliciter, ut habitum est supra. | 130
- Kⁿ 128^{ab}
- Bⁿ 105^a
- Bad. 176^{ca}
- Ad quintum patet per iam dicta. 135
- Ad sextum quod «proprietas Patris est quod *non est ab alio per generationem* secundum quam dicitur ingenitus, ergo proprietates Spiritus Sancti est quod *non est ab ipso alius per spirationem* secundum quam dicatur non spirans», dico, secundum iam dicta, quod non est simile, quia non-spirare | non est nisi pura negatio, quod est dignitatis simpliciter; non sic autem 'non esse ab alio per generationem' in Patre propter affirmationem ad dignitatem pertinentem super quam fundatur, ut patet ex dictis. | 140
- S^r 233^b
- Bad. 176^{ca}
- Ad septimum quod «*sicut* proprietates communes Patris et Filii est quod ab eis sit *alius per spirationem*, sic debet esse communis proprietates Filii et Spiritus Sancti quod *non est ab eis alius per generationem*», dico quod non sequitur quia non est simile. Esse enim ab eis alium per spirationem simpliciter dignitatis est, et determinate, et in ordine ad divinam personam, quae tria constituunt proprietatem notionalem. Propter quod 'esse a quo alius per spirationem' est proprietates notionalis, non sic autem 'esse a quo non est alius per generationem', quia 'non' solummodo negat | id quod est simpliciter dignitatis, et ideo non potest esse simpliciter dignitatis, nec proprietates notionalis quod tamen non est indignitatis quia | condicionis est, non defectus. | 145
- I^r 317^{ab}
- O 93^b
- Scarp. 1122^b
- Bad. 176^{ca}
- Ad octavum quod «*esse donum est proprium Spiritui Sancto* et est proprietates alia ab eo quod est *spirari*», dico quod sicut circa Filium ista tria, proprietates constitutiva personae eius, imago et verbum, <quae> diversimode dicuntur esse proprietates sive propria Filio, considerantur ordine quodam secundum determinata in quaestione 4^a de proprietatibus Filii, sic circa Spiritum Sanctum ordine quodam considerantur ista tria, proprietates constitutiva personae eius, donum et esse zelum, et sunt proprietates sive propria Spiritus Sancti diversimode eisdem modis quibus illa tria. 150
- Unde ex declaratione illorum modorum ibi exposita circa propria personae Filii quoad illa tria intelligatur declaratio istorum modorum hic 160
- 165

- 170 circa propria personae Spiritus Sancti quoad dicta alia tria. Est enim spirari proprietas constitutiva personae Spiritus Sancti sicut generari est proprietas constitutiva personae Filii. Est similiter donum proprietas Spiritus Sancti conveniens ei ratione spirari, sicut esse imaginem convenit Filio ratione eius quod est generari. Sicut enim Filius ex eo quod
- 175 procedit modo generationis naturalis, procedit ut simile et dicitur imago — natura enim est vis assimilativa eius | quod producit illi quod ab ipso producit; — sic esse donum convenit Spiritui Sancto ratione eius quod | est spirari. Ex eo enim quod procedit modo spirationis voluntariae procedit ut amor et dicitur donum. Voluntas enim est vis incentiva amoris qui producitur ab illis in illum in quem tendit. Propter quod dicitur donum illius, quasi illi liberaliter collatum, secundum quod haec amplius iam inferius declarabuntur in quaestione 8^a. Est etiam zelum proprietas Spiritus Sancti significativa personae Spiritus Sancti, sicut verbum est proprietas Filii significativa personae ipsius Filii, ut aliquantulum tactum est supra et iam inferius amplius declarabitur in quaestione 5^a et 7^a. |
- 180
- 185
- B" 105^{rb}
K" 129^{ra}
- Bad. 176^{rk}
- E' 119^{ra}
Bad. 176^{vl}
Scarp. 1123^a
- Quod arguitur ultimo quod «*donum non est proprium Spiritus Sancti quia convenit etiam Filio*», dico quod datum aliquid potest dici donum duplici de causa sive ratione, una accepta ex dispositione ipsius dantis, scilicet quia dans ipsum dat liberaliter, quod dare ratione liberalitatis qua dans dat proprie dicitur esse donare, et ipsum datum donum. Illud enim quod datur ex debito et non ex liberalitate datum tantum est et non donum. Et tale dare est dare simpliciter et non donare. Alia autem ratio accepta est ex condicione dati quia ex natura sua habet rationem donabilis, non quia simpliciter potest dari; simpliciter enim dari potest ex liberalitate donantis. Ex condicione autem sua donabile non est nisi id quod | ex se ordinatur ut alteri detur, quod est solummodo persona Spiritus Sancti in quantum in ratione et modo suo procedendi habet quod sit donum et ordinatur ad alterum ut cui donetur, secundum quod iam patebit inferius. Et talis condicio solummodo facit quod | aliquid dicatur donum, non autem merus actus quo aliquid ex liberalitate dantis datur, secundum quem modum Filius datus est nobis. Propter quod non obstante quod Filius datus est, Spiritui Sancto proprium est quod sit donum. |
- 190
- 195
- 200
- Scarp. 1123^a
Scarp. 1123^b

UTRUM SPIRITUS SANCTUS SPIRETUR A PATRE IN FILIUM
ET E CONVERSO

I' 318 ^a	Circa quartum arguitur quod Spiritus Sanctus non spiretur a Patre in Filium nec e converso. Primo sic. Spiritus Sanctus spiratur ut subsistens persona. Persona autem omnis subsistens ut subsistens subsistit in se ipso, ut patet ex natura personae superius exposita. Ergo Spiritus Sanctus spiratur ut in se ipso subsistens. Quare, in quantum spiratur a Patre, spiratur in se ipso, et sic non in alium ut in Filium. Et in quantum spiratur a Filio, similiter spiratur in se ipso et non in Patrem.	5
Scarp. 1123 ^b	Secundo sic. Spiritus Sanctus spiratur ut amor procedens per expressionem sive excussionem aut exsufflationem a voluntate communi Patris et Filii, e contrario generationi Filii qui generatur ut notitia procedens per impressionem sive informationem a notitia simplici Patris in intellectu paterno, secundum superius dicta et inferius amplius dicenda. Sed procedens ab aliquo, ut expressum sive excussum ab aliquo, non procedit in illud quia reciperetur in illud; idem autem non potest esse terminus a quo excussionis et in quem receptionis, quia sunt termini quasi unius motus cuius idem non potest esse terminus a quo unius et ad quem. Quod enim est terminus a quo motus deorsum nequaquam potest esse terminus ad quem eius, quia contraria essent simul in eodem. Ergo voluntas communis Patris et Filii, cum sit terminus a quo amoris procedentis qui est Spiritus Sanctus, nullo modo potest esse terminus in quem spiratur sive per spirationem procedit Spiritus Sanctus. Sed amor non procedit aut recipitur in aliquem nisi in voluntate recipiatur. Quare, cum a Patre procedens spiratur, non potest procedere in voluntatem Filii nec e converso, quia eadem est voluntas Patris et Filii a qua procedit. Nullo ergo modo Spiritus Sanctus, cum spiratur a Patre, spiratur in Filium nec e converso.	10
B'' 105 ^{va} Q 93 ^{va}	Sicut procedens ab aliquo, ut expressum sive excussum ab aliquo, non procedit in illud quia reciperetur in illud; idem autem non potest esse terminus a quo excussionis et in quem receptionis, quia sunt termini quasi unius motus cuius idem non potest esse terminus a quo unius et ad quem. Quod enim est terminus a quo motus deorsum nequaquam potest esse terminus ad quem eius, quia contraria essent simul in eodem. Ergo voluntas communis Patris et Filii, cum sit terminus a quo amoris procedentis qui est Spiritus Sanctus, nullo modo potest esse terminus in quem spiratur sive per spirationem procedit Spiritus Sanctus. Sed amor non procedit aut recipitur in aliquem nisi in voluntate recipiatur. Quare, cum a Patre procedens spiratur, non potest procedere in voluntatem Filii nec e converso, quia eadem est voluntas Patris et Filii a qua procedit. Nullo ergo modo Spiritus Sanctus, cum spiratur a Patre, spiratur in Filium nec e converso.	15
S' 233 ^{va}	Sicut procedens ab aliquo, ut expressum sive excussum ab aliquo, non procedit in illud quia reciperetur in illud; idem autem non potest esse terminus a quo excussionis et in quem receptionis, quia sunt termini quasi unius motus cuius idem non potest esse terminus a quo unius et ad quem. Quod enim est terminus a quo motus deorsum nequaquam potest esse terminus ad quem eius, quia contraria essent simul in eodem. Ergo voluntas communis Patris et Filii, cum sit terminus a quo amoris procedentis qui est Spiritus Sanctus, nullo modo potest esse terminus in quem spiratur sive per spirationem procedit Spiritus Sanctus. Sed amor non procedit aut recipitur in aliquem nisi in voluntate recipiatur. Quare, cum a Patre procedens spiratur, non potest procedere in voluntatem Filii nec e converso, quia eadem est voluntas Patris et Filii a qua procedit. Nullo ergo modo Spiritus Sanctus, cum spiratur a Patre, spiratur in Filium nec e converso.	20
Scarp. 1124 ^a	Sicut procedens ab aliquo, ut expressum sive excussum ab aliquo, non procedit in illud quia reciperetur in illud; idem autem non potest esse terminus a quo excussionis et in quem receptionis, quia sunt termini quasi unius motus cuius idem non potest esse terminus a quo unius et ad quem. Quod enim est terminus a quo motus deorsum nequaquam potest esse terminus ad quem eius, quia contraria essent simul in eodem. Ergo voluntas communis Patris et Filii, cum sit terminus a quo amoris procedentis qui est Spiritus Sanctus, nullo modo potest esse terminus in quem spiratur sive per spirationem procedit Spiritus Sanctus. Sed amor non procedit aut recipitur in aliquem nisi in voluntate recipiatur. Quare, cum a Patre procedens spiratur, non potest procedere in voluntatem Filii nec e converso, quia eadem est voluntas Patris et Filii a qua procedit. Nullo ergo modo Spiritus Sanctus, cum spiratur a Patre, spiratur in Filium nec e converso.	25
K' 129 ^b	Sicut procedens ab aliquo, ut expressum sive excussum ab aliquo, non procedit in illud quia reciperetur in illud; idem autem non potest esse terminus a quo excussionis et in quem receptionis, quia sunt termini quasi unius motus cuius idem non potest esse terminus a quo unius et ad quem. Quod enim est terminus a quo motus deorsum nequaquam potest esse terminus ad quem eius, quia contraria essent simul in eodem. Ergo voluntas communis Patris et Filii, cum sit terminus a quo amoris procedentis qui est Spiritus Sanctus, nullo modo potest esse terminus in quem spiratur sive per spirationem procedit Spiritus Sanctus. Sed amor non procedit aut recipitur in aliquem nisi in voluntate recipiatur. Quare, cum a Patre procedens spiratur, non potest procedere in voluntatem Filii nec e converso, quia eadem est voluntas Patris et Filii a qua procedit. Nullo ergo modo Spiritus Sanctus, cum spiratur a Patre, spiratur in Filium nec e converso.	30
Bad. 176 ^{vm}	Contra. Dicit DAMASCENUS, libro I ^o cap. ^o 10 ^o secundum opinionem Graecorum: Spiritum Sanctum procedere a Patre dicimus, procedere autem ipsum a Filio non dicimus, sed procedens a Patre quiescit in Filio. Sed non quiesceret in Filio procedens a Patre nisi procedens a Patre procederet in Filium. Ista autem processio spiratio est; Spiritus Sanctus ergo a Patre spiratur in Filium secundum sententiam Graecorum tantum, in hoc quod procedens a Patre quiescit in Filio, non contradicunt Latini; ergo eadem ratione procedens a Filio, secundum Latinos, procedit in Patrem. Quare, cum secundum Latinos, quando spiratur procedit simul a Patre et Filio, consimiliter spiratur etiam a Patre in Filium et e converso.	35
		40

<SOLUTIO>

Priusquam ad dissolutionem huius quaestionis descendatur, advertendum est in qua emanatione proponatur et quomodo proponatur. Proponitur autem quaestio praesens de emanatione secunda in divinis, quia in ipsa sola et non in emanatione prima potest habere locum. Prima enim emanatio est secundae personae a prima una in qua procedit a sola altera, ut | propterea non sit dubitatio quin sicut una sola est terminus a quo, sic una sola sit terminus ad quem in qua sistat emanatio ut in se subsistente, et nullo modo in alium tendente. Secunda vero emanatio est tertiae personae a sola persona prima, secundum Graecos, vel a prima et secunda simul secundum Latinos, ut propterea, licet certum esset de termino a quo, an scilicet essent duae personae an una sola, dubitatio tamen manet an una sola persona sit terminus ad quem in qua sistat emanatio. |

B" 105^{vb}

Quia talis emanatio sistere potest in aliquo dupliciter: uno modo ut in producto | subsistente, alio modo ut in | recipiente in se ipsum productum. De primo quidem modo terminandi eam, certum est quod unica persona est terminus eius in quo sistat, scilicet ipsa persona Spiritus Sancti producta. De secundo autem modo est dubitatio in utroque modo producendi Spiritum Sanctum, et secundum Graecos et secundum Latinos. Sive enim a solo Patre procedat sive non, cum emanatio Filii sit prima respectu emanationis Spiritus Sancti, semper | dubitatio manet an cum hoc quod procedat a Patre ut persona subsistens, eius productio quasi ulterius tendat in Filium, ut ipse productus a Patre per suam productionem | recipiatur in Filium ut in terminum ulteriorem et alterius generis. Alia enim est ratio termini qua aliquis est terminus productionis ut ipsum productum, et alia qua aliquis est terminus productionis ut receptivum in se ipsius producti, quemadmodum alius est terminus generationis gravis, scilicet ipsum grave, alius vero ipse locus gravis deorsum. |

Bad. 176^{vN}Scarp. 1124^b
l' 318^bQ 93^{vb}K" 129^{va}Bad. 176^{vo}

Proponitur etiam ista quaestio de modo producendi Spiritum Sanctum ex parte termini secundo modo dicti, an scilicet ab una duarum primarum personarum producat in alteram tamquam in illam tendat productio ipsa quasi in terminum ab extra, cum dicitur in casu accusativo an Spiritus Sanctus procedat vel spiretur a Patre in Filium. Non autem proponitur an ab una illarum primarum personarum producat in altera, tamquam infra illam fiat ipsa productio quasi infra ipsum, ut diceretur in casu ablativo an Spiritus Sanctus procedat vel spiretur a Patre in Filio. De hoc enim secundo modo nulla est dubitatio. Cum enim tres divinae personae sint unius substantiae, et inseparabiliter una

	existat et subsistat in altera secundum modum superius expositum, una	
B" 106 ^a	illarum non potest non produci in altera quae prima est respectu illius.	
S' 233 ^{ab}	Unde Pater producit et generat Filium in se ipso, et producit sive spirat	
Bad. 176 ^{ap}	Spiritum Sanctum in se ipso et in Filium. Sed clarum est quod Pater non	85
	spirat sive producit Spiritum Sanctum in se ipsum propter contrarietatem	
	terminorum circa idem, ut tactum est in secunda ratione.	
	Restat bona dubitatio an Pater producat sive spiret Spiritum	
E' 119 ^b	Sanctum in Filium et e converso, secundum iam tactum modum,	
Bad. 177 ^p	propter diversitatem terminorum a quo et in quem. Dissolutio autem	90
	quaestionis est advertenda ex modo processiois Spiritus Sancti	
	contrario processiois Filii. Quia enim Filius, in quantum Verbum est,	
	procedit ut notitia, eius processio sive productio est quasi motio in	
Scarp. 1125 ^a	ipsum intellectum paternum terminata et sistens in illo ut de quo produ-	95
	citur. Spiritus autem, in quantum est amor, eius processio sive productio	
	est quasi motio in obiectum amatum, non terminata aut sistens in	
	voluntate informata amore simplici de qua producit, sed ipso pro-	
	ducto quasi ulterius procedit in obiectum amatum, et hoc ipso amore	
Bad. 177 ^o	incentivo procedente qui est Spiritus Sanctus, ut iam inferius declarabi-	
	tur.	
	Amore autem incentivo tali qui procedit a Patre et Filio non	100
	solum Pater Spiritu Sancto amat incentive se ipsum, sed etiam Filium,	
	nec similiter Filius se ipsum sed etiam Patrem. Amor enim incentivus	
	non est contentus ut ipso ametur quis a se ipso, sed necessario tendit	
	etiam in alterum, dicente RICARDO libro III ^o De Trinitate cap. ^o 7 ^o :	
I' 318 ^{va}	«Summa caritas nondum esse convincitur ubi dilectus summe non diligitur, sed	105
	ipsius amoris vincit proprietatem quoniam summe diligenti non sufficit si summe	
	dilectus summa dilectione non rependit». Et cap. ^o 11 ^o : «Probatio summe /	
	caritatis est votiva communio exhibitae sibi dilectionis». Et cap. ^o 20 ^o : «cordialis	
	amor numquam singularis invenitur».	
K" 129 ^{vb}	Propter quod Pater spirans Spiritum Sanctum non solum spirat	110
	ipsum ut in semetipsum tendentem et in semetipso manentem et perfici-	
	entem voluntatem Patris ut Patris est, sed etiam spirat ipsum ut	
Q 94 ^a	tendentem in Filium et manentem in Filio et proficientem voluntatem	
	Filii ut est Filii. Consimiliter etiam Filius spirans Spiritum Sanctum non	
	solum spirat ipsum ut in semetipsum tendentem et manentem in semet-	115
	ipso et proficientem voluntatem Filii ut est Filii, sed etiam spirat ipsum	
	ut tendentem in Patrem et manentem in ipso et proficientem volunta-	
B" 106 ^b	tem Patris ut Patris est.	
	Et secundum hoc Spiritus Sanctus procedens ut amor, secundum	
	quod declarabitur in quaestione sequente, non procedit a Patre et Filio	120
	solummodo ut amor simpliciter, sed etiam ut amor mutuus et per hoc	

125 ulterius ut amborum nexus. Et sic simpliciter concedendum est quod Spiritus Sanctus spiratur a Patre in Filium et e converso, et quod similiter manet et quiescit in utroque, non solum per hoc quod alteruter ipsum spirat in alterum, sed etiam per hoc quod uterque eorum spirat illum manentem in se ipso, qualiter etiam quiesceret et maneret in Patre et spiraretur a semetipso in semetipsum, etsi secundum Graecos procederet sive spiraretur a solo Patre. Et secundum hoc concedenda est ultima ratio pro ista parte adducta. |

Bad: 177^r

130

<AD ARGUMENTA>

Ad primam rationem in oppositum quod «*Spiritus Sanctus procedit ut persona subsistens in se ipso ergo non spiratur in alium*», dico quod revera Spiritus Sanctus spiratur ut subsistens persona et in se ipso subsistens. Quisquis enim subsistit in se ipso subsistit, per quod excluditur subsistere in alio non ut in continente sed ut | in subiecto. Subsistere enim hoc in alio ut in subiecto, oppositio est in adiecto. Subsistere enim est in se ipso existere cui opponitur existere in alio ut in subiecto. Isti enim sunt duo modi existendi inter se distincti et oppositi, quibus inter se distinguuntur praedicamentum substantiae et praedicamenta accidentium, ut habitum est supra in quaestione quadam de praedicamentis in divinis. Subsistere autem et hoc in alio ut in continente non repugnant, sicut neque ipsum subsistere et ad aliud subsistere. Sic enim divinae personae habent esse una in altera, ut habitum est supra. Et sic in altero subsistunt et tamen in semetipsis subsistunt sicut et ad alterum subsistunt. <Et> sicut Spiritus Sanctus subsistit in se ipso, sic spiratur in se ipso, per quod etiam nequaquam excluditur quin spiretur in alium in quo habet esse et quiescere sicut in continente, secundum praeexpositum modum. |

Scarp. 1125^b

140
145
150
155 Ad secundum quod «*Spiritus Sanctus spiratur ut amor procedens per excussionem a voluntate communi Patris | et Filii, ergo non procedit per spirationem in illam*», dico quod verum est processione directa et ut voluntas illa est unius et eiusdem, quia sic idem haberet rationem contrariorum | terminorum ut procedit argumentum. Processione autem non directa sed quasi reflexa, aut etiam processione directa, sed ut ipsa voluntas est alterius et alterius, nullam ponit terminorum contrarietatem. Primo modo, | scilicet processione quasi reflexa, Pater voluntate sua conversa supra se ipsam ut est informata amore simplici quo diligit se ipsum, in quo est voluntas illa ut informata et conversa, de illa voluntate informata excutiendo spirat Spiritum Sanctum in se ipsum et in ipsam voluntatem

Bad: 177^sS' 234^aB" 106^{va}K" 130^{va}

I ^r 318 ^{ab}	conversam qua spiratur, in qua est ut eius perfectio et amor incenti-	160
Q 94 ^{ab}	vus; quemadmodum Verbum est perfectio in intellectu paterno de quo generatur ut notitia declarativa. Unde de ista productione Spiritus Sancti a Patre in se ipsum, quasi per quandam reflexionem simul et de productione, dicit quaedam propositio de maximis theologiae: « <i>Monas</i> <i>monadem gignit et in se suum reflectit amorem</i> ». Et ista reflexio a termino	165
Bad. 177 ^{rT}	eodem in eundem nullam ponit contrarietatem, sicut nec motus circula- ris ab eodem termino in eundem aliquam contrarietatem ponit.	
E ^r 119 ^{va}	Secundo autem modo, scilicet processione directa ut ipsa voluntas est alterius et alterius, similiter nullam ponit contrarietatem. Quia licet talis voluntas sit una secundum rem, est tamen quasi alia et alia ut est	170
Scarp. 1126 ^a	alterius et alterius. Et hoc modo Pater voluntate sua ut Patris est conversa supra se ut est informata amore simplici quo diligit Filium, in quo est eadem voluntas conversa, de illa voluntate informata ut est in	
Scarp. 1126 ^b	Patre excutiendo Spiritum Sanctum in Filium et in ipsam voluntatem conversam in qua similiter existit ut eius perfectio et amor quidam	175
Bad. 177 ^{va} Scarp. 1126 ^a	incentivus.	

QUAESTIO 5

UTRUM SPIRITUS SANCTUS IN EO QUOD SPIRATUR
PROCEDAT UT AMOR

	Circa quintum arguitur quod Spiritus Sanctus in eo quod spiratur non procedit ut amor. Primo sic. Amor, cum sit passio quaedam contra-	5
	ria timori, procedit in esse per impressionem a commodo sive bono aestimato, sicut timor procedit in esse per impressionem a nocivo sive malo aestimato. Spiritus Sanctus autem non procedit per modum im- pressionis, sed potius per modum expressionis, ut habitum est iam supra. Ergo etc.	10
B ^m 106 ^{ab}	Secundo sic. Sicut se habet natura ad id quod procedit modo naturae, sic se habet amor ad id quod procedit modo amoris. Sed eius qui procedit modo naturae, natura est ratio productiva ex parte produ- centis et in producente; non autem in producto, ut patet in productione Filii qui producitur modo naturae. Ergo et eius qui producitur modo	15
	amoris, amor est ratio productiva ex parte producentis et in producente. Nunc autem amor non est ratio productiva Spiritus Sancti in produ- centibus, sed voluntas nuda conversa, secundum modum saepe tactum superius. Ergo etc.	

20 Contra. Spiritus Sanctus procedit a principio quod est voluntas.
Nunc, quod procedit a principio quod est voluntas, eo modo procedit
ab illo sicut natum est aliquid procedere a principio quod est amor, quia
quod voluntas agit, libere agit, quod est agere modo amoris; ergo et
Spiritus Sanctus dicendus est procedere modo amoris. |

Bad. 177^{vB}
Scarp. 1126^b

25 <SOLUTIO>

Dico quod quaestio ista potest habere intellectum triplicem.
Tripliciter enim aliquid potest intelligi procedere ut amor sive modo
amoris. Uno enim modo aliquid dicitur procedere modo alicuius, | quia
illud est ratio quia istud procedit et ideo modo illius procedit, quemad-
30 modum dicimus quod Filius in divinis procedit modo naturae, quia
scilicet natura est ratio qua procedit. Secundo autem modo dicitur
aliquid procedere modo alicuius, quia procedit a suo principio eo modo
quo aliquid natum est ab illo procedere, quemadmodum dicimus quod
ea quae procedunt ab antiqua consuetudine, fiunt modo naturae, quia
35 procedunt ab illa eo modo quo natum est aliquid procedere a principio
quod est natura. Tertio vero modo dicitur aliquid procedere modo
alicuius, quia ipsum procedit sicut illud natum est procedere, quemad-
modum dicimus quod Filius in divinis procedit modo verbi, quia proce-
dit eo modo quo verbum natum est procedere.

K" 130^b

40 Primo istorum modorum dico quod Spiritus Sanctus non | proce-
dit modo amoris, secundum quod | procedit secunda ratio. Amor enim
non est ratio elicitive actus quo producit Spiritus Sanctus, sicut natura
est ratio elicitive qua in divinis producit Filius, sicut expressius iam
declarabitur in quaestione sequenti. Secundo autem modo et similiter
45 tertio dico quod Spiritus Sanctus dicendus est procedere modo amoris.
Secundo quidem modo procedit modo amoris secundum quod procedit
tertia ratio. Sicut enim modus naturae est quod agat impetu quodam
modo, sic etiam modus antiquae | consuetudinis est quod agat impetu
quodam, et ideo dicitur agere modo naturae; et illud quod procedit a tali
50 consuetudine, dicitur procedere modo naturae.

I' 319^a
Q 94^{va}

Consimiliter autem, sicut modus amoris est quod id quod ab
amore ut a ratione elicitive actus procedit, libere procedit, ita modus
voluntatis nuda est quod ratio quod ab ipsa, ut a ratione elicitive actus
procedit, libere procedit. Propter quod Spiritus Sanctus, | quia procedit
55 ut a ratione elicitive actus procedendi eius a voluntate nuda | conversa
secundum praeexpositum modum, ideo secundum hoc competenter
dicitur procedere modo amoris. Tertio vero modo, in quo consistit

Scarp. 1127^a

S' 234^{rb}
B" 107^{ra}

difficultas quaestionis, Spiritus Sanctus dicendus est procedere modo amoris, quia procedit a voluntate, quemadmodum amor natus est ab illa procedere. Et hoc, quia secundum GREGORIUM in homilia Pentecostis super illud Evangelii «*si quis diligit me, sermonem meum servabit. Spiritus Sanctus amor est*». | 60

Bad. 177^{vc}

Verumtamen de amore distinguendum est ex parte voluntatis circa productionem Spiritus Sancti, quemadmodum supra distinctum est de notitia circa productionem Filii sive Verbi. Sicut enim est quaedam notitia simplex et essentialis, et quaedam declarativa sive illustrativa et personalis, quae Verbum est secundum superius declarata, sic est quidam amor simplex et essentialis, et quidam incentivus sive gratificativus et personalis qui zelus dici potest. Et se habet ad Spiritum Sanctum sicut se habet Verbum ad Filium; et actus quo producitur potest dici flagrare et se habet ad spirare sicut se habet dicere ad generare, ut tactum est aliquantulum supra. 65 70

Kⁿ 130^{va}

Unde qualicumque dicta et determinata sunt ex parte intellectus de dicere et de Verbo, talia | et consimilia dici et determinari debent hic ex parte voluntatis de flagrare et de zelo. Sicut enim verbum est notitia declarativa veri et illustrativa intellectus ad cognoscendum verum declarative, sic zelum est amor gratificativus boni et incentivus voluntatis ad amandum bonum incentive. Verbum enim et intellectum illustrat quem perficit, et clarum facit ei omne verum. Zelum autem et voluntatem inflamat quem perficit, et gratum facit ei omne bonum. Unde sicut verbum non solum habet respectum ad dicentem, sed ad omnia quae declarantur et clara fiunt verbo, ut cognoscenda declarative per ipsum ab intellectu qui ipso verbo illustratur, | quae simpliciter cognoscuntur per simplicem notitiam et essentialem, sic zelum non solum habet respectum ad flagrantem ipsum, sed etiam ad omnia alia quae gratificantur zelo ut amanda incentive per ipsum a voluntate quae ipso zelo incenditur, | quae simpliciter amantur per simplicem amorem et essentialem. Verbum enim non | solum apud intellectum illustratum libere est declarativa notitia personae illius | a qua dicitur et de qua emanat, sed etiam omnium aliorum quae in illa declarativa notitia habent cognosci. 75 80 90

E^r 119^{vb}Scarp. 1127^bBad. 178^cI^r 319^{vb}

Et idcirco non solum importat respectum ad illum de quo emanat ut declarativum illius apud intellectum suum et apud quemlibet alium videntem ipsum verbum, ut quasi clarius cognoscatur ipsa | notitia declarativa seu in ipsa quam nosceretur notitia simplici vel in ipsa, sed etiam ad omnia alia ut manifestativum et declarativum illorum apud intellectum quemlibet illustratum | verbo; ut quasi clarius cognoscantur ipsa notitia declarativa seu in ipsa quam noscerentur notitia simplici seu 85 90 95

Bⁿ 107^{tb}

in ipsa, quae quidem alia quodammodo in ipso verbo dicuntur, ut habitum est supra in quaestione de dicere.

100 Et similiter zelum, non solum apud voluntatem incensam zelo, est amor gratificativus illarum personarum a quibus flagratur et emanat, sed etiam omnium aliorum quae illo amore habent amari. Et idcirco non solum importat respectum ad illos a quibus emanat ut gratificativum
105 illorum apud voluntatem illorum et apud quamlibet aliam voluntatem incensam ipso zelo, ut quasi gratiosius et ardentius amentur ipso amore gratificativo sive in ipso quam amarentur amore simplici vel in ipso, sed etiam ad omnia alia ut gratificativum illorum apud voluntatem quamlibet incensam zelo ut quasi ardentius amentur ipso amore gratificativo sive
110 in ipso quam amarentur amore simplici vel | in ipso. Quae quidem alia quodammodo in ipso zelo flagrantur, modo proportionali quo, secundum superius determinata, in ipso Verbo dicuntur.

K" 130^b

Et sic sicut ipsum dicere in suo significato, secundum superius determinata, cum actione producendi includit rationem sive actionem manifestandi sive declarandi, et aliquando accipitur notionaliter pro sola
115 actione producendi, aliquando autem essentialiter pro sola actione manifestandi, secundum superius determinata, sic ipsum flagrare quod respondet ipsi dicere in suo significato cum actione producendi, includit rationem sive actionem gratificandi. Et aliquando accipitur notionaliter pro sola actione producendi, aliquando autem essentialiter pro sola
120 actione gratificandi, ut omnibus consimilibus modis quibus dicere accipitur, ut habitum est supra, sic accipiatur et flagrare. Sicut etiam secundum praedicta non est Verbum in divinis nisi personale, sic nec zelum. Est tamen zelare personale et essenziale sicut et dicere. |

Bad. 178rD
Scarp. 1128^a

<AD ARGUMENTUM>

125 Non restat igitur nisi respondere ad primam rationem quod «*amor est passio, modo cuius non procedit Spiritus Sanctus*». Dico, secundum superius exposita in quaestione de amore Dei, quod amor est aequivo- cum. Quia et est passio uno modo in parte concupiscibili, et bene verum est quod modo talis amoris non procedit Spiritus Sanctus, sicut procedit
130 ratio et bene. Est etiam alio modo operatio in parte rationali voluntatis,

S' 234^{va} et hoc vel essentialis, quae non est nisi in hoc velle | quoddam secundum actum, sicut ex parte intellectus notitia essentialis in Deo non est nisi intelligere sive nosse quoddam secundum actum; vel notionalis quae procedit naturali actione voluntatis, | sicut verbum actione naturali intellectus, licet non sit actio voluntatis principali modo naturae sicut 135

Scarp. 1128^b est illa quae est intellectus, eo quod illa, quae est ex parte intellectus, procedit impetu naturae, illa vero quae est | ex parte voluntatis non, sed liberaliter sive libere, licet necessitate incommutabili, ut habitum est supra. Et sicut ex parte intellectus dicere sive generare non est intelligere, licet non sit sine illo, quod etiam non est nisi essentialis, sic ex parte voluntatis flagrare sive spirare non est velle, licet non sit sine illo, quod similiter non est nisi essentialis. Et modo talis amoris | procedit Spiritus Sanctus, quia ipse amor quidam, ut iam dictum est. | 140

B" 107^{va}

Q 95^{ra}

Bad. 178^{re}

Scarp. 1128^a

QUAESTIO 6

UTRUM SPIRITUS SANCTUS PROCEDAT UT AMOR DE AMORE, AN SIT AMOR DE NOTITIA

Circa sextum arguitur quod Spiritus Sanctus procedit ut amor de notitia. Primo sic. Emanatio in partibus imaginis creatae correspondens 5 est emanationi in personis Trinitatis increatae. Secundum AUGUSTINUM enim sicut Filius procedit a Patre, et a Patre et Filio Spiritus Sanctus, sic in partibus imaginis quae uno modo sunt in eius notitia <et> amor, alio autem modo memoria, intelligentia et voluntas, notitia procedit de mente et de mente et notitia procedit amor. Et similiter 10

Scarp. 1128^b intelligentia procedit de memoria et | de memoria et intelligentia procedit voluntas. Sed in partibus imaginis amor | non procedit de mente et notitia, neque similiter voluntas de memoria et intelligentia nisi ut de notitia, quia mens, notitia, memoria et intelligentia ad notitiam pertinent, et actiones eorum non sunt nisi actiones notitiae. Ergo et in personis 15

K" 131^{ra} Trinitatis Spiritus Sanctus, cui in partibus imaginis respondet amor et voluntas, non procedit a Patre et Filio nisi ut de notitia. Et ideo cum sit amor, procedit ut amor de notitia, non autem ut amor de amore.

20 Quod autem non procedit ut amor de amore arguitur secundo sic.
 Si | Spiritus procederet ut amor de amore, procederet ut | similis de
 simili, non minus quam Filius de Patre in quantum procedit de illo ut
 notitia de notitia; et sic Spiritus Sanctus non minus procederet ut Filius
 et imago quam Filius, et similiter modo naturae cuiusmodi est de simili
 simile producere. Consequens falsum est secundum praedicta. Ergo etc.

E' 120^a
 Scarp. 1129^a

25 Quod autem Spiritus Sanctus procedat nec ut amor de notitia nec
 ut amor de amore, arguitur tertio sic. Si Spiritus Sanctus procederet
 altero duorum modorum, tunc cum ipsum Verbum sit notitia proce-
 dens, sicut Spiritus Sanctus est amor procedens, diceretur Verbum
 procedere ut notitia de notitia potius quam Spiritus Sanctus ut amor de
 30 notitia, eo quod magis conformis est notitia notitiae quam notitia amori,
 aut saltem pari ratione Verbum diceretur procedere ut notitia de notitia
 quam Spiritus Sanctus ut amor de notitia procedere dicitur. Consequens
 falsum est, videlicet quod Verbum procedit ut notitia de notitia. Ergo
 etc. |

B" 107^{ab}
 Bad. 178^{ve}

35 Quod autem Verbum non procedat | ut notitia de notitia proba-
 tur: quia illa notitia esset essentielle attributum quasi praecedens ipsam
 Verbi emanationem, quod est impossibile, quia attributa non habent
 esse in Deo nisi per distinctam apprehensionem quae in divinis non
 habet esse nisi in Verbo et per Verbum iam productum, eo quod est
 40 complementum divinae intelligentiae.

Quod autem Spiritus Sanctus non procedat ut amor de notitia
 arguitur quarto sic. Si Spiritus Sanctus procedat ut amor de notitia, cum
 productio Spiritus Sancti sit ex parte voluntatis, et notitia omnis sit ex
 parte intellectus, tunc intellectus esset activus in productione Spiritus
 45 Sancti. Sed omnis actio intellectus est modo principali naturae, proce-
 deret ergo Spiritus Sanctus modo principali naturae sicut et Filius.
 Consequens est falsum secundum superius determinata. Ergo etc.

Quod autem procedat neque ut de notitia neque ut de amore
 arguitur, quia procedit ut amor de nuda voluntate secundum praedicta.
 50 Sed voluntas talis nec est notitia nec amor. Ergo etc. |

Bad. 178^{ve}

<SOLUTIO>

Dico quod procedere de aliquo aequivocum est, quia li 'de' vel
 potest dicere circumstantiam principii quasi materialis et de quo elicitur
 vel circumstantiam principii agentis et elicientis sive eius quod est ratio
 55 eliciendi. Primo modo sumendo 'de aliquo', Spiritus Sanctus procedit ut
 amor, scilicet notionalis, de amore scilicet | essentiali, de quo quasi

Q 95^o

K" 131 ^{fb}	excutiendo sive exsufflando producitur. Sed isto modo non procedit	
I' 319 ^{vb}	Filius ut notitia de notitia, sed ut notitia de intellectu puro, sicut patet	
Scarp. 1129 ^b	ex supra determinatis. Secundo autem modo sumendo 'de aliquo', Spiritus Sanctus procedit ut amor notionalis de aliquo dupliciter: uno modo ut de ratione producendi, alio modo ut de ipso producente. Et de ratione producendi dupliciter: uno modo ut de ratione producendi propter quam sit, alio modo ut de ratione producendi sine qua non. Primo istorum modorum procedit Spiritus Sanctus nec ut amor de notitia nec ut amor de amore, quia ratio elicitiva actus quo producitur secundum praedicta est nuda voluntas quae nec est notitia nec amor quia ipse habet rationem potentiae. Ista autem, in quantum sunt rationes elicivae alicuius, rationem habent actus sive habitus quasi perficientis potentiam. Sed isto modo Filius procedit ut notitia de notitia, sicut patet ex supra determinatis.	60
S' 234 ^{vb}	Secundo autem istorum modorum Spiritus Sanctus procedit ut amor de notitia et hoc dupliciter, scilicet essentiali et notionali, sine qua quasi praevia Spiritus Sanctus nequaquam produceretur de voluntate ut de ratione producendi propter quam sit. Est enim ratio producendi Spiritum Sanctum propter quam sit ex parte producentium illum, voluntas nuda conversa super se ipsam ut ipsa est informata amore simplici et essentiali, ut patet ex supra determinatis. Voluntas autem nuda nullius est productiva, neque alicuius actionis principium sine notitia praevia intellectus, ut patet ex ordine voluntatis et intellectus saepius declarato in quaestionibus de Q u o l i b e t .	65
Bad. 178 ^{vg}	Est autem notitia essentialis quasi praevia ad productionem Spiritus Sancti, quia sine hac nec esset amor essentialis in Patre per generationem a Patre communicandus Filio, super quem voluntas concors utriusque se convertit ut de ipso quasi materialiter spiretur Spiritus Sanctus, secundum superius determinata. « <i>Incognita</i> enim omnino», secundum AUGUSTINUM, « <i>amari non possunt</i> ». Notitia vero praecedens sive notionalis est quasi praevia ad productionem Spiritus Sancti. Quia sicut sine notitia essentiali quasi perficiente intellectum paternum non posset voluntas paterna de se volendo elicere actum amoris essentialis communicandum Filio per generationem, sic sine notitia procedente notionali quasi perficiente intellectum Patris et Filii non posset voluntas ipsorum concors convertere se super se quasi informata amore simplici ad producendum de amore simplici amorem incentivum sicut maiorem flammam de minori. Sicut enim incognita simpliciter simpliciter amari non possunt, et ideo ad amorem simplicem necessaria est notitia simplex quasi praevia sine qua talis amor non habet elici a voluntate, sic incognita declarative incentive amari non possunt, et ideo ad amorem	70
B" 108 ^{va}		75
Bad. 178 ^{vh}		80
		85
		90
		95

100	incentivum necessaria est notitia declarativa quasi praevia, sine qua talis amor non habet elici a voluntate de amore simplici, sicut flamma maior de minori, quae tamen non est nisi una flamma, quemadmodum ex parte intellectus notitia declarativa quasi maior et clarior est simplici notitia, quae non sunt tamen nisi una notitia. Dico autem quasi maior, quia licet in divinis notitia vel amor essentialis non sit maior secundum rem quam notitia aut amor notionalis sive procedens, tamen ex modo procedendi notitia procedens est declarativa respectu notitiae simplicis, et amor procedens est incentivus respectu amoris simplicis. Nec est differentia in hoc ex parte intellectus et voluntatis, nisi quod ex parte voluntatis quasi materialiter procedit amor de amore, principiatively autem de nuda voluntate. Ex parte autem intellectus e converso principiatively et productive procedit notitia de notitia, sed quasi materialiter procedit notitia de intellectu nudo, ut patet ex praedeterminatis.	Scarp. 1130 ^a K" 131 ^{va}
105		E' 120 ^{tb}
110		I' 320 ^a
115	Et est hic advertendum quod licet secundum iam dictum modum Spiritus Sanctus dicatur procedere ut amor de notitia duplici sicut de ratione principiandi sine qua non, non tamen Filius dicitur procedere de amore ut de ratione principiandi sine qua non: non de amore notionali, quia ille procedit de Filio, nec de principalitate, nec etiam de amore essentiali, quo Pater amat se et essentiam suam, qui annexus est notitiae essentiali, de qua ut de ratione principiandi propter quam sit Pater producit Filium; quia licet producens Filium non sit sine illo amore quasi praevio, non tamen de illo producit Filium ut de ratione sine qua non, quia ille amor non est necessarius notitiae simplici ut de ipsa principiatively producat notitia declarativa, sicut notitia duplex est necessaria voluntati ut de ipsa principiatively producat amor incentivus. Plus enim indiget voluntas ut exeat in actum suum intellectu praevio, quam e converso intellectus ut exeat in actum suum quasi praevia voluntate. Unde loquendo de notitia quasi antecedente, et similiter de amore quasi antecedente, Spiritus Sanctus potius dicendus est esse cum notitia amor, quam Filius sive Verbum cum amore notitia. Quia notitia duplex, scilicet essentialis et declarativa, qua Pater et Filius noscunt Spiritum Sanctum a se productum, est saltem ratio sine qua non Spiritus Sanctus produceretur, et quasi praevia ad ipsum producendum, sicut dictum est. Amor autem, qui solus quasi praevious est in productione Filii quo Pater amat genitam a se prolem, nec etiam est ratio sine qua non produceretur Filius, ut dictum est. Propter quod nequaquam legitur notitia sive intellectus procedere de amore; dicitur tamen amor sive voluntas procedere de notitia. Unde AUGUSTINUS, loquens de luce increata, dicit XV ^o De Trinitate cap. ^o 17 ^o : « <i>Ipsa tibi ostendit duo velut parentem et prolem</i>	Q 95 ^{va} Bad. 178 ^{vt} B" 108 ^{tb}
120		
125		Bad. 179 ^{rt}
130		S' 235 ^a
135		Scarp. 1130 ^b K" 131 ^{vb}

	<i>tertia voluntate sive dilectione iungente. Quam quidem voluntatem de cognitione procedere necesse est. Nemo enim vult quid vel quale sit nescit». </i>	
Bad. 179 ^{rK}	Sumendo autem producere 'de aliquo' ut de ipso producente, cum producentes Spiritum Sanctum sunt Pater et Filius, quorum neuter dicitur esse amor, sed potius dicuntur esse amantes aut habentes in se amorem, secundum istum modum nullo modo Spiritus Sanctus dicens est procedere ut amor de amore, sed potius de amantibus vel habentibus amorem, quia amor personaliter non dicitur de Patre et Filio. Quia autem Pater et Filius non solum dicuntur esse noscentes vel habentes in se notitiam, accipiendo notitiam pro actu aut habitu perficiente personam secundum intellectum, sed etiam notitia personaliter dicitur de ipsis in quantum Pater est notitia ingenita de qua procedit Filius ut notitia genita, ideo secundum istum modum Spiritus Sanctus dicens est procedere non solum ut amor de noscentibus vel habentibus in se notitiam, sed etiam ut amor de notitia duplici, genita scilicet et ingenita.	140
B ⁿ 108 ^{va}		145
I ^r 320 ^{rb}		150
Bad. 179 ^{rl}	Sed est advertendum quod cum Spiritus Sanctus dicitur procedere de noscentibus vel habentibus notitiam, hoc non est per se sed potius per accidens, quia non procedit de noscentibus vel habentibus notitiam in quantum tales, sed potius in quantum sunt volentes vel ipsae voluntatem concordem habentes, eo quod in ipsis, secundum iam dicta, voluntas in eis est per se ratio spirandi Spiritum Sanctum propter quam sit; nec non fit notitia. Unde per se loquendo Spiritus Sanctus non procedit nisi de volentibus in quantum tales sunt, non autem de noscentibus in quantum noscentes sunt; nec etiam de amantibus in quantum amantes sunt nisi accipiendo 'de aliquo' ut de principio quasi materiali, non autem ut de principio elicitive, sicut patet ex praedictis.	155
Q 95 ^{vb}	Filius autem e converso, accipiendo 'de aliquo' ut de principio elicitive, procedit per se de cognoscente in quantum cognoscens est, et de intelligente in quantum intelligens est – dico notitia essentiali – non autem de amante in quantum amans est, neque de volente in quantum volens est; licet aliquis voluntate et amore essentiali ipse sit amans et volens se et suam essentiam. Loquendo autem de aliquo ut de principio quasi materiali, tunc Filius non est dicens procedere de cognoscente aut intelligente aut amante aut volente, sed solummodo de intellectu aut habente in se intellectum. Et secundum hoc, loquendo de voluntate antecedente ut terminatur ad ipsum Filium, Pater neque dicens est generare Filium volens neque nolens. Sed loquendo de voluntate consequente quoad actum volendi ut terminatur ad Filium, dicens est generare volens, quia et amore essentiali et amore notionali complacet ei in prole genita. Similiter loquendo de intellectu antecedente ut terminatur ad Spiritum Sanctum, Pater et Filius non sunt dicendi spirare Spiri-	160
Scarp. 1131 ^a		165
K ⁿ 132 ^a		170
		175

180 tum Sanctum intelligentes. Sed loquendo de intellectu consequente
 quoad actum intelligendi ut terminatur ad Spiritum Sanctum, dicendi
 sunt spirare Spiritum Sanctum intelligentes, quia et notitia essentiali et
 notitia notionali cognoscunt | amorem procedentem a se. |

E' 120^{va}
 Bad. 179^m

<AD ARGUMENTA>

185 Ad primum ergo obiectum quod «Spiritus Sanctus *procedit* de Patre
 et Filio *ut amor de notitia* quia sic contingit in partibus imaginis creatae»,
 dico secundum iam exposita quod loquendo 'de aliquo' quasi materialiter,
 Spiritus Sanctus non procedit de notitia, nec similiter in partibus
 imaginis amor aut voluntas; et similiter neque loquendo de aliquo
 elicitive ut de ratione propter quam sit. Dicitur tamen procedere de
 190 noscentibus in | quantum notitia sumitur pro habitu vel actu noscendi;
 et similiter de notitia ingenita et genita in quantum notitia sumitur
 personaliter, secundum iam expositum modum. Et ideo cum in partibus
 imaginis amor dicitur procedere de mente et de notitia ut de notitia
 duplici, genita scilicet et ingenita, et similiter voluntas dicitur procedere
 195 de memoria et intelligentia ut de duplici notitia, ibi accipitur notitia quasi
 personaliter, et stat ibi mens pro habente in se mentem | sive pro
 meminerente et notitia pro cognoscente qui personaliter est ipsa notitia
 aut habens in se notitiam, sumendo notitiam pro habitu aut actu. Et sic
 loquitur AUGUSTINUS quando de processu amoris, qui est Spiritus
 200 Sanctus, dicit X^o De Trinitate cap.^o 12^o: «*ab ipsa quippe mente procedit*».
 Et similiter ibi accipitur memoria pro habente memoriam sive pro
 memorante, et intelligentia pro intelligente, qui personaliter est ipsa
 intelligentia, aut habens in se intelligentiam, sumendo intelligentiam pro
 actu aut habitu, secundum quod haec omnia debent exponi disputando
 205 de creatura | intellectuali in generali quomodo creata est ad imaginem et
 quomodo est imago Creatoris. Et sic ratio illa nullo modo potest procedere
 contra determinata. |

B" 108^{vb}

S' 235^b

I' 320^{va}

Bad. 179^{vn}

Ad secundum quod «*si Spiritus Sanctus procederet ut amor de amore,*
procederet ut imago de simili sicut *Filius*», dico quod verum esset si procederet
 210 de amore ut de ratione qua productive principiaretur propter quam
 sit, | sicut procedit Filius de notitia. Nunc autem non est ita, quia non
 procedit de | amore nisi ut de ratione de qua quasi materialiter principiat.
 Ut de ratione autem qua productive principiatur, non procedit nisi
 de nuda voluntate, et hoc modo non procedit ut simile, quia non ut
 215 voluntas de voluntate neque ut amor de amore neque modo assimilandi
 per speciei similis impressionem, sed quasi per quandam | excussionem

Scarp. 1131^b

Q 96^{ra}

K" 132^b

- alterius secundum speciem, scilicet amoris de notitia duplici, vel duplici cognoscente, vel de duobus volentibus. Unde processus Filii de Patre est conformis generationi univocae calor de calore; processus vero Spiritus Sancti de Patre et Filio est quasi conformis generationi aequivo- 220
cae calor de sole. |
- Bad. 179^o Ad tertium «si *Spiritus Sanctus* procederet <non> ut amor aut de notitia aut de amore, tunc Verbum diceretur *procedere ut notitia de notitia* quae est essentialia attributum et praecedens productionem Verbi», dico quod verum est secundum iam declarata et superius exposita de productione 225
Verbi, quia licet attributa, quae habent esse per distinctam apprehensionem essentiali tribus personis, non possint habere esse | distinctum quasi praecedens productionem Verbi per illam apprehensionem ut ipsa est Verbi actio, aut etiam Spiritus Sanctus quae procedit a Verbo, habent tamen esse illud per illam, ut ipsa est actio Patris et circa divinam essentiali specialiter, ut ipsa Patris est. Et quod notitia talis quasi praecedat emanationem Verbi expresse probatur per id quod AUGUSTINUS de Verbo producto in nobis ut imagine Verbi divini dicit sic XIV^o De Trinitate cap.^o 6^o: «*Nec sane gignit notitiam suam mens, quando cogitando intellectum se conspicit tamquam sibi incognita fuerit*». Et, libro XV^o cap.^o 15^o, hoc applicans ad divina dicit: «*Concedamus iam vocandum esse verbum illud mentis nostrae quod de nostra scientia formari potest etiam priusquam formatum sit*». Et sequitur cap.^o 16^o: «*cogitatio quippe nostra perveniens ad id quod scimus verbum nostrum verum est*». Et nulla est quoad hoc differentia alia in formatione Verbi Dei et nostri, nisi quod in Deo non est plus Verbum formabile quam formatum. Unde ex dictis continue concludit dicens: «*Et ideo Verbum Dei sine cogitatione debet intelligi ut forma simplex intelligatur non aliquid habens formabile quod etiam esse possit informe*». Et sic concedere oportet quod de scientia sive notitia essentiali Dei Patris, ut Patris est, formatur Verbum ipsius; licet non ut de informi de qua prius duratione formari possit quod formatum sit, sed ut de qua semper formatum est et de quasi praecedenti secundum rationem intelligendi. Aliter enim Verbum non procederet de Patre ut de sapiente et sciente et intelligente, nec esset Pater | sapiens, sciens et intelligens nisi sapientia, scientia et intelligentia quam genuit. 240
245
- Scarp. 1132^a Unde AUGUSTINUS in principio | VIⁱ De Trinitate reprehendit rationem quorundam fidelium contra haereticos quosdam induc- tam cogentem hoc concedere, dicens | quod «*ratiocinatio ad hoc cogit ut dicamus Deum Patrem non esse sapientem nisi habendo sapientiam quam genuit, non existendo per se Patre ipsa sapientia*». Deinde si ita esset, Filius quoque ipse sicut dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, videndum est ubi possit dici sapientia de sapientia si non est | Deus Pater ipsa sapientia, 250
255
- I^r 320^o
K^r 132^o
Q 96^o

260 sed tantum genitor sapientiae, quasi dicat nequaquam. Habet ergo pro
 inconuenienti quod Filius non sit sapientia de sapientia, et quod Pater
 non sit sapiens nisi habendo sapientiam quam genuit. Quod plane
 explicat pertractando hanc quaestionem per totum principium VIIⁱ libri
 | ad quam reuertitur | libro XV^o cap. 7^o dicens: «*In illa Trinitate quis*
audeat dicere Patrem nec se ipsum nec Filium nec Spiritum Sanctum per se intelli-
gere, sed non nisi per Filium, nec diligere | nisi per Spiritum Sanctum?». Quasi
 265 dicat 'nullus'. Dico ergo quod Deus Pater, diuina essentia ut est sua
 sapientia et intelligentia, intelligit se et suam essentiam et omnia attributa
 essentialia distincta intelligentia quasi prius ordine quodam rationis
 quam generet Verbum, a notitia, qua sic intelligit, de intellectu quo
 intelligit, generat. |

E' 120^{vb}

S' 235^{va}

B" 109^{rb}

Bad. 179^{rp}

270 Quod autem dicitur in argumento quod «*distincta apprehensio in*
diuinis non habet esse nisi in Verbo aut per Verbum, eo quod est complementum
diuinae intelligentiae», dico quod reuera Verbum est complementum
 diuinae intelligentiae et intellectus, prout superius declarauimus. Sed non
 sequitur ex hoc quod in diuinis non sit distincta apprehensio nisi in
 275 Verbo et per Verbum, quia quod Verbum dicitur complementum
 diuinae intelligentiae et intellectus eius, hoc non est quasi perfectior sit
 actio intelligendi in Verbo aut per Verbum quam in notitia essentiali vel
 per illam, sicut nec Verbum dicitur notitia declarativa quia clarior est
 quam notitia simplex, sed quia ratione modi procedendi procedit ut
 280 notitia formata de notitia simplici et essentiali.

Illud autem nequaquam sequeretur nisi Verbum secundum rem
 esset notitia clarior. Nec adhuc ex illo amplius sequeretur nisi quod in
 Verbo et per Verbum esset distinctior apprehensio attributorum, clarius
 scilicet apprehendendo illorum distinctionem; quemadmodum contingit
 285 in nobis quod clarius intelligimus et apprehendimus in definitiua ratione
 in se. Et sic ex illo nequaquam sequitur quin distinctio aliqua attributo-
 rum praecedat productionem Verbi secundum modum iam dictum.
 Ipsum etiam Verbum productum apprehendit Patrem prius ordine |
 rationis apprehendere seu apprehendisse ipsam attributorum distinctio-
 nem quam ipse produxerit ipsum Verbum. Et sic ipsum Verbum appre-
 290 hendit | distinctionem attributorum. Distinctam apprehensionem a
 Patre necesse est praecedere productionem Verbi ordine rationis, licet
 sua | apprehensio ut est Verbi sequatur illam; aliter enim Verbum non
 diceretur procedere modo intellectus et Spiritus Sanctus modo volunta-
 295 tis.

Scarp. 1132^b

Bad. 180^{rp}

K" 132^{vb}

Dico tamen quod ipsa processio Verbi non dependet ab huius-
 modi distinctione nec requirit ipsam quasi praeviam quoad id quod
 rationis seu a ratione in ipsis distinctis, sed solum quoad id quod sunt in

ipsa divina essentia virtute et quasi inchoative et in aptitudine ad distinctionem qua existit in actuali consideratione intellectus, et sic sunt originem emanationum. 300

I' 321^{ra} Sed sunt ALIQUI qui concedunt conclusum in dicto argumento, dicentes quod non dicitur Verbum | procedere modo intellectus et Spiritus Sanctus modo voluntatis, quia intellectus et voluntas sunt principia productiva personarum ut sunt intellectus et voluntas. Non est ita, sed ipsa divina essentia est principium productivum personarum ut est subintrans quendam modum qui est proprietas relativa; | per hoc enim habet in se | vim generativam et spirativam. | 305

Q. 96^{va}
B" 109^{va}
Bad. 180^o

Quod autem dicitur quod una productio procedit per modum naturae et intellectus, altera vero per modum voluntatis, sic debet intelligi ut dicunt, scilicet quod una procedit in essentia divina per vim talem, alia vero per vim aliam, quarum processiones nominamus modo intellectus et voluntatis. Quare in creaturis tales modos reperimus, ubi scilicet unum procedit ab uno et est productio naturae, aliud vero a duobus et est productio voluntatis quae praesupponit intellectum. Quod dicunt quia tenent pro firmo quod impossibile est in Deo aliquorum essentialium distinctam apprehensionem esse per intellectum divinum nisi in Verbo et per Verbum, ita quod impossibile sit intelligi quod in divinis sit una processio modo intellectus et alia modo voluntatis, aut quod in Deo sint distincta ullo modo natura et voluntas aut aliqua alia attributa inter se nisi in Verbo et per Verbum et nisi cointelligendo consimilia vel correspondentia in creaturis. Et dicunt quod ideo AUGUSTINUS vocat Filium artem, ubi exponendo dicta HILARII, VI^o De Trinitate cap.^o ultimo, dicit sic: «*In imagine nominavit speciem tamquam Verbum perfectum cui non desit aliquid et ars quaedam omnipotentis et sapientis Dei plena omnium rationum viventium incommutabilium, et omnes unum in ea sicut ipsa unum de uno cum quo unum*». 310 315 320 325

Scarp. 1133^a

Qualiter attributorum distinctio in | divinis non est accipienda per habitudinem ad creaturas extra sed solummodo ad intra, satis declaratum est supra loquendo de attributis et amplius | declarabitur infra loquendo de relationibus communibus. Quod autem ista distinctio non sit solummodo in Verbo et per Verbum, sed per intellectum essentialem Patris ut Patris est, iam, ut arbitror, est satis declaratum. 330

S' 235^{vb}

K" 133^{ra} Et aliud dictum AUGUSTINI quod «*Verbum est ars plena rationum*», dico quod ibi AUGUSTINUS non | loquitur de rationibus attributalibus, sed solummodo de rationibus idealibus quae sunt rationes cognitivae et causativae essentialium in creaturis. Quod bene declarat AUGUSTINUS subdens post verbum praedictum: «*ibi novit Deus omnia quae fecit Deus per ipsam*», non solum in esse essentiae quoad rerum formas et species, 335

- 340 sed etiam in esse existentiae quoad rerum specificarum individua. Unde
sequitur continue: «*Et / ideo cum decedunt et succedunt tempora, non*
decedit vel succedit aliquid scientiae Dei. Non enim quae creata sunt ideo sciuntur a
Deo quia facta sunt, et non potius ideo facta sunt vel mutabilia quia immutabiliter
ab eo sciuntur». | E' 121^{ra}
- 345 Quod vero dicunt quod «intellectus et voluntas in Deo non sunt
principia productiva | personarum, sed potius divina essentia subintrans
modum et rationem proprietatum», dico quod divina essentia non est Bad. 180^{re}
principium divinarum emanationum subintrans rationem | proprietatum, Scarp. 1133^b
nisi ipsa ordine quodam rationis primo sit origo intellectus et voluntatis B" 109^{vb}
- 350 immediate subintrans modos illorum originaliter, in quantum quasi
virtualiter sunt in ipsa essentia; sic enim sunt proxima principia subin-
trantia rationes illarum proprietatum relativarum et hoc realiter, sicut
iam exposuimus. | Bad. 180^s
- 355 Quod autem dicunt quod «Filius dicitur procedere modo naturae
et intellectus, et Spiritus Sanctus modo voluntatis, quia in creaturis
consimiles modos procedendi reperimus», hoc nihil arguit, nec | ali- l' 321^{rb}
quam rationem dicti eorum ostendit, quia consimili modo | possumus Q 96^{vb}
dicere de ipsis emanationibus, scilicet quod Filius dicitur procedere
generatione, et Spiritus Sanctus processione, quia consimilia et cor-
respondentia illis inveniuntur in creaturis, quod tamen omnes falsum
esse pronuntiant. Quia sicut horum distinctio est ibi actione a natura rei,
360 similiter est ibi illorum distinctio virtute a natura rei, licet non compleat-
tur nisi ab intellectu.
- 365 Argumenta duo ultima concedenda sunt secundum modum iam
expositum. | Bad. 180^{rt}
Scarp. 1134^a

QUAESTIO 7

UTRUM SPIRITUS SANCTUS SIT AMOR QUO PATER ET FILIUS DILIGUNT
SE ET ALIA

- 5 Circa septimum arguitur quod Spiritus Sanctus non sit amor quo
Pater et Filius diligunt se et alia. Primo sic. Sicut se habet Filius in

quantum est notitia ad actum intelligendi ex parte intellectus, sic se habet Spiritus Sanctus in quantum est amor ad actum diligendi ex parte voluntatis; quia sicut Filius, in quantum est notitia, est perfectio vel quasi intellectus, secundum superius determinata, sic Spiritus Sanctus est perfectio vel quasi voluntatis. Sed Pater non intelligit se et alia Filio, ut est Verbum sive notitia, quia eo quod intelligit sapit. Non autem sapit Verbo sapientia sive genita, secundum AUGUSTINUM VII^o De Trinitate, cap.^o 1^o et 4^o. Ergo etc.

Bad. 180^T Secundo sic. Si Pater et Filius diligere | se et alia amore qui est Spiritus Sanctus, cum Spiritus Sanctus sit amor notionalis, tunc diligere se et alia amore sive dilectione notionali. Consequens falsum est, quia diligere in divinis est actus essentialis, cuius ratio non est nisi ipsa divina essentia ut est amor essentialis. Ergo etc.

Kⁿ 133^b Tertio sic. Secundum non est ratio | primi sed potius e converso. Omnia essentialia sunt prima et quasi praevia respectu notionalium, ut patet ex supra determinatis. Quare, cum diligere sit actus essentialis et Spiritus Sanctus sit amor notionalis, Spiritus Sanctus ergo non est amor quo Pater et Filius diligunt, quia id quo diligunt est ratio eliciendi actum diligendi.

Bad. 180^{VV} Contra. Non est amor nisi sit vis unitiva amantis cum amato, et si talis vis est amor simplex, multo fortius ergo et amor incentivus, quia quanto est ardentior tanto fortius unit. Quare, cum Spiritus Sanctus secundum iam exposita sit amor incentivus, ipse ergo est vis unitiva amantis cum amato; sed hoc non nisi mediante actu diligendi. Ergo etc. |

<SOLUTIO>

Bⁿ 110^a Dico quod secundum dicta sanctorum | concedere oportet quod Pater et Filius diligunt Spiritu Sancto. Spiritus Sanctus autem amor est. Oportet ergo concedere quod Spiritus Sanctus sit amor quo Pater et Filius diligunt. Unde AUGUSTINUS, loquens de processione Spiritus Sancti a Patre, dicit X^o De Trinitate cap.^o 12^o: «*Manifeste ostenditur hoc amoris esse principium unde procedit? Ab ipsa | quippe mente procedit, atque ita principium est amoris sui quo se amat.*» |

Scarp. 1134^b
Bad. 180^{VX} Unde non proponitur quaestio quasi dubitandum sit an Pater et Filius diligant amore qui est Spiritus Sanctus, sed quia dubitatur quomodo hoc vere intelligi possit, et qua ratione ille ablativus 'amore' construat cum actu diligendi sive amandi. Et est ratio dubitandi super hoc expressa in tribus primis | argumentis quae concludunt quod tamen

S^t 236^a

45 possunt construi cum illo ut ratio elicitiva illius actus; et non est clarum
quod alio modo possit cum illo construi. Propter quod circa hoc diver-
sae sunt exortae quaestiones.

Unde difficultatem quaestionis propter tactum in primo argu-
mento, tangit HUGO DE SANCTO VICTORE in epistola quadam ad
beatum BERNARDUM sic inquires: «*Quaeris a me quomodo verum sit quod*
50 *AUGUSTINUS dicit. Dicit enim quod Pater Spiritu Sancto diligit Filium et Filius*
eodem Spiritu diligit Patrem. Quod tamen Pater ea sapientia quae Filius est sapiat,
omnino contradicit huiusmodi ratione. Nam si ea sapientia, quae Filius est, saperet
ipse Pater, *non tam Filius a Patre quam Pater a Filio esset, quibus idem est esse |*
quam *sapere*». Et eadem ratione, si eo amore diligeret | qui est Spiritus
55 Sanctus, non tam Spiritus Sanctus a Patre quam Pater a Spiritu Sancto
esset, quibus idem est esse quam diligere. Hoc autem falsum est. Unde
subdit: «*Hinc est quod quidam in hunc modum opponunt et dicunt. Cum idem ibi*
sit diligere quod esse, quomodo dicitur Pater vel Filius non esse ea dilectione quo
alter alterum diligit? Cum ideo Pater negatur sapere sapientia quam genuit, ne ea
60 *esse intelligatur?*». |

Q 97^{ra}

I' 321^{va}

Bad. 180^{vY}

Et respondet HUGO ad argumentum et simul ad quaestionem, ut
tactum est supra in quaestione de differentia inter dicere | et generare,
distinguendo quod agere aliquo contingit dupliciter, vel ut ratione
formali quae est in agente, et sic Pater non diligit Spiritu Sancto neque
65 Filius, ut procedit ratio; vel ut potentia operativa quae est ab alio et sic
bene diligunt Spiritu Sancto, et similiter Pater intelligit Verbo; non
tamen sequitur quod est Spiritu Sancto aut Verbo, ut ibidem expositum
est. Unde dicit sic: «*quantum mihi videtur multum est inter facere | et fieri*» etc.
usque ibi «*et secundum hoc cum actus attribuitur*» etc., ut habitum est ibidem.

K" 133^{va}

E' 121^{rb}

70 «*Dicitur ergo*», ut subdit HUGO ibidem, «*Pater Spiritu Sancto diligit*» — et
Pater suo amore procedente diligit, — «*non quod per eum | amorem habeat*
sed exhibeat, non quod per eum amorem accipiat | sed impendat». Et sic, secun-
dum HUGONEM, quod Pater dicitur diligit Spiritu Sancto, est quod
Spiritus Sanctus diligit, hoc habet a Patre, quia ipse est a Patre. Unde
75 subdit in eadem epistola: «*Filius de se ipso dicebat: mea doctrina non est mea.*
Cur et Spiritus Sanctus non aequa ratione dicat: mea dilectio non est mea sed
Patris?». | Nota ad intellectum dicti HUGONIS, et hoc ex verbis eius in

B" 110^{rb}

Scarp. 1135^a

Bad. 180^{vZ}

80 sapio non est mea, quia ego non habeo eam a me sed a Patre. Et secun-
dum hoc Pater, secundum HUGONEM, dicitur sapere Filio, quia sapien-
tiam sive doctrinam qua Filius sapit et quod Filius sapit hoc habet a
Patre. Et sic idem quod Filius agit in eo quod sapit Pater agit, sed per
Filium sive Filio. Et similiter si Spiritus Sanctus dicat 'mea dilectio non

est mea', idem est quod dilectio, qua ego diligo, non est mea, quia non habeo eam a me sed a Patre. Et secundum hoc, secundum HUGONEM, Pater dicitur diligere Spiritu Sancto, quia quod Spiritus Sanctus diligit et dilectionem qua Spiritus Sanctus diligit habet a Patre. 85

Alio autem modo illud 'mea doctrina' intelligitur sic, id est doctrina qua ego homines erudio et qua eis impendo non est mea, quia illam non habeo a me sed a Patre. Et secundum hoc, secundum HUGONEM, Pater dicitur erudire Filio, quia doctrinam qua Filius erudit ipse habet a Patre, et sic quod Filius agit in eo quo erudit Pater agit, sed Filio sive per Filium. Et similiter si Spiritus Sanctus dicat 'mea dilectio non est mea', idem est acsi diceret dilectio qua ego homines inflammo et quam eis impendo non est mea, quia illam non habeo a me, sed a Patre. Et secundum hoc Pater dicitur inflammare homines igne caritatis, quia caritatem sive dilectionem, qua Spiritus Sanctus inflamat, ipse habet a Patre, et sic quod Spiritus Sanctus agit in eo quod inflamat, Pater agit, sed Spiritu Sancto | sive per Spiritum Sanctum. 90 95 100

Sed secundum talem expositionem nullam difficultatem omnino habet quaestio aliam quam habet quaestio qua quaereretur | an Pater creat Filio sive per Filium aut Spiritu Sancto sive per Spiritum Sanctum. Nec ab hoc investigandum anhelat intellectus in hac quaestione, sed potius an cum dicitur Pater diligere Spiritu Sancto, Spiritus Sanctus habeat quasi rationem causalitatis super actum | diligendi Patris quam revera habet, quae et mentem HUGONIS tetigit, | licet | eam non explicaverit. Quod bene insinuat quando post praedicta, in dicta epistola, ad astruendum | quod omnino concedendum est, Patrem et Filium diligere Spiritu Sancto, subdit iuxta processum ultimi argumenti dicens: «*Si Spiritus Sanctus amor est utriusque, cur Pater non dicatur recte Spiritu Sancto, hoc est suo diligere amore? Animus humanus amor non est, sed ab ipso amor procedit, et ideo se non diligit, sed amore qui a se ipso procedit. Pater vero amor est, et ideo Pater diligit se ipso, diligit | et Spiritu Sancto, diligit se ipso amore, diligit et suo amore.* 105 110

Si Spiritus Sanctus diceretur amor cordis tui, sicut Spiritus Sanctus dicitur amor Patris et Filii, quaeso quis posset negare te Spiritu Sancto, hoc est amore tuo diligere?». Revera Pater amor est, sed essentialis quo diligit formaliter, hoc est tamquam forma quadam qua ipse est eliciendo actum diligendi qui non est nisi essentialis. 115

Animus autem humanus amor ex se non est et ideo ipse se ipso non diligit, sed solummodo amore a se procedente per actum volendi. Per quod insinuat quod Pater consimiliter habet amorem a se procedentem et in animo suo manentem, licet subsistendo non autem inhaerendo sed informando, sicut inhaerendo informat animum humanum amor ab illo procedens. Sicut ergo homo diligit amore procedente, sic et Pater. 120 125

Bad. 181^zKⁿ 133^{hb}Bⁿ 110^{va}Q 97^{hb}I' 321^{hb}S' 236^{hb}Scarp. 1135^b

Illud autem non est nisi quia amor quo diligit homo habet aliquam rationem causalitatis super actum diligendi. Similiter ergo cum Pater diligit amore a se procedente, oportet quod ille amor habeat aliquam quasi causalitatem super actum diligendi.

130 Et quia istam rationem causalitatis hic difficile est assignare, certum enim est quod causalitatem principiandi et eliciendi actum diligendi essentialem in Patre non habet amor qui est Spiritus Sanctus, quia tunc Spiritus Sanctus daret Patri quod diligeret essentialiter et ita quod esset, quia idem est ei, scilicet Patri, diligere quam esse, sicut et
135 sapere idem est Patri quod esse, ut vult AUGUSTINUS VII^o De Tri-
nitate cap.^o 1^o et 10^o.

Et ideo circa hoc diversi sunt modi dicendi. Dicunt enim QUIDAM quod ille ablativus 'Spiritu Sancto' habet causalitatem super actum diligendi Patris, non in eliciendo, ut dictum est, sed in appropriando.
140 Dicunt enim quod Pater diligit Spiritu Sancto per appropriationem, id est per amorem qui ei appropriatur. Amor enim essentialis ei appropriatur, ut inferius declarabitur loquendo de appropriatione. | Sed eadem ratione bene diceretur Pater sapit Filio, quia eodem modo Filio appropriatur | sapientia, quod non conceditur.

B" 110^{vb}

K" 134^{ra}

145 Ideo ALII dicunt quod ille ablativus habet causalitatem super actum diligendi in indicando quod in Patre sit actus diligendi. Unde dicunt quod construitur cum verbo 'diligendi' in habitudine signi ad signatum, quemadmodum si diceretur isti diligunt | se verbis, quando nullum aliud indicium quod sese diligant habetur quam quod verbis
150 amicabilibus sese aloquentur. Qualem dilectionem prohibet IOANNES quando dicit I^a C a n o n i c a cap.^o 3^o: «*Non diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate*». Sed eadem ratione posset concedi illa "Pater sapit Verbo". Quod enim habet in | mente sua verbum a se procedens signum est quod sapiat. Sed tamen ista negatur et illa conceditur. |

E' 121^{va}

Scarp. 1136^a

Bad. 181^{ra}

155 Alio ergo modo causalitas ibi intelligenda est. Ideo dicunt ALII quod construitur in ratione formae sive causae formalis, quemadmodum dicitur | quod iste lucet luce, calet calore, vivit vita. Quod non potest stare, quia talis forma denominat ipso actu et cadit in significatione actus penitus idem significando | cum actu. Differunt autem in solo modo
160 significandi sicut essentia et esse, ut satis expositum est superius.

I' 322^a

Q 97^{va}

Nunc autem in proposito amor sive dilectio, quae est Spiritus Sanctus, non est forma illa a qua Pater denominatur diligens, nec illa dilectio quae significatur actu diligendi est penitus essentialis, et dilectio quae est Spiritus Sanctus notionalis est. Unde sicut cum dicitur "Pater amat amore", illud quod denominat Patrem, significatum est in actu amandi et est amatio, non autem ipse amor, sive sumatur essentialiter

165

	sive notionaliter. Et bene differunt secundum rem in creaturis amor et amatio, sicut cum dicitur "Pater diligit dilectione quae est Spiritus Sanctus", quasi aequivoca est dilectio quae significatur actu diligendi et ipso denominat, et quae dicitur esse Spiritus Sanctus.	170
Bad. 181 ^b B" 111 ^{ra} S' 236 ^{va}	Propterea dicunt ALII quod construitur dictus ablativus in ratione effectus sive principiati formalis, sicut cum dicitur quod arbor floret flore. Revera isti magis propinqui sunt veritati quam praecedentes, quia in ratione causae formalis denominative dicitur quod arbor floret floritione; et multo magis se habet ad actum diligendi Patris amor procedens qui est Spiritus Sanctus, sicut flos ad florem quam sicut floritio ad florem. Quia per actum diligendi, sicut flos ab arbore per actum florendi, quodammodo a Patre procedit Spiritus Sanctus, in quantum scilicet Pater et Filius potius spirant Spiritum Sanctum ut diligentes sive amantes quam ut scientes sive cognoscentes; non sic autem floritio procedit ab arbore per actum florendi, sed est forma signata in actu florendi. Sed tamen istud non potest stare in proposito, quia cum talis ablativus construitur cum verbo, verbum illud per se positum includit in se actum producendi propinquum transeuntem in rem illam signatam per ablativum. Florere enim secundum se acceptum idem est quod producere florem. Nunc autem in proposito 'diligere', cum sit purum essenziale, non est idem quod producere amorem. Et ideo licet in ratione causae formalis bene dicitur arbor florere flore, eo quod 'florere' includit actum propinquum producendi florem, non tamen in ratione effectus formalis dici sic potest "Pater diligit amore qui est Spiritus Sanctus", quia licet per actum diligendi a Patre procedat Spiritus Sanctus. Hoc tamen non est nisi ut per actum producendi remotum.	175
K" 134 ^b		180
Bad. 181 ^{vb}	Praeterea, quando actus construitur cum ablativo in ratione effectus formalis, verbum illud necessario ex se sic est absolutum quod nullo modo potest simul construi cum alio in quod designetur transire. Non enim potest dici quod arbor floret hoc vel illud flore. Sed in proposito verbum 'diligendi' simul potest construi cum dicto ablativo et transire in aliud, dicendo "Pater diligit Filium vel creaturam amore qui est Spiritus Sanctus". Et hoc quia, quando illo modo construitur ille ablativus, non dicit nisi rationem quandam circa actum ut absolute habet esse in subiecto, non autem ut transit in aliquem terminum extra. Quando vero isto modo construitur, iste ablativus non dicit rationem circa actum ut habet esse in subiecto, sed potius ut transit in aliquid extra, et ideo dicit rationem et circumstantiam transeundi in illud. Et sic actus ille construitur cum ablativo tamquam eo quo actus ordinatur et dirigitur in illud; et sic in proposito "Pater diligit amore qui est Spiritus Sanctus", tamquam eo quo ordinatur actus diligendi in illud quod diligitur vel	185
Scarp. 1136 ^b Bad. 181 ^{vc}		190
		195
		200
I' 322 ^b		205
B" 111 ^{tb}		

- natum est diligi a Patre. Secundum hunc modum igitur oportet hic assignare aliquam rationem a praedictis qua talis | ablativus dicendus est
 210 construi cum tali verbo. |
- Ad cuius investigationem advertendum est quod diligere in divinis tripliciter accipitur: primo modo ut est purum essenziale, ut quando dicit actum diligendi simplicem; secundo modo ut habet annexum aliquid notionale, ut quando dicit actum diligendi incentive ex parte diligentis et
 215 gratificative ex parte dilecti; tertio modo ut accipitur pro notionali extenso ad essenziale, ut quando accipitur pro actu flagrandi secundum quod iam declarabitur. Si ergo accipitur 'diligere' primo modo, dico quod nullo modo dictus ablativus construi debet cum tali verbo, nec ullo modo est haec recipienda "Pater diligit amore qui est Spiritus
 220 Sanctus vel diligit Filium vel aliquid aliud Spiritu Sancto"; similiter neque de Filio aut de se ipso Spiritu Sancto quod diligit amore qui est Spiritus Sanctus. Nec est ratio eliciendi talem actum de subiecto, ut habitum | est supra, nec etiam ratio dirigendi ipsum in obiectum, sed horum ratio solummodo est amor essentialis, quia talis actus et directio
 225 in obiectum conveniret personae univoce, si esset in divinis absque amore procedente et similiter absque Verbo procedente, et sic quasi primo conveniret Patri quam generare aliud spirare. |
- Si vero accipiatur 'diligere' secundo modo, | videlicet ut habet annexum aliquid notionale, | puta ut cum dicit actum diligendi incentive, dico quod illa bene est recipienda "Pater diligit Spiritu Sancto", quia
 230 licet amor procedens non sit ratio eliciendi actum diligendi simpliciter de subiecto et ordinandi ipsum in subiectum. Est tamen bene ratio incentivi circa actum, et hoc in ordine eius ad subiectum a quo elicitur, et etiam in ordine ad obiectum, secundum quod iam inferius declarabitur in solutione primi argumenti.
- Pater enim, etsi non diligit nisi amore essentiali, incentive tamen non diligit nisi amore notionali qui est Spiritus Sanctus. Quia sicut se habet diligere simpliciter ad amorem simpliciter, sic se habet diligere incentive ad amorem incentivum. Est enim ratio incentivi aliquid
 240 notionalis circa actum diligendi essentialem, licet cum illa determinatione tribus personis conveniat. |
- Si vero diligere accipiatur tertio modo, videlicet pro notionali extenso ad essenziale, ut puta pro actu flagrandi, dico quod adhuc bene recipitur illa "Pater diligit Spiritu Sancto", quia licet amor notionalis non sit ratio eliciendi actum | talem de subiecto, est tamen ratio ordinandi
 245 ipsum in obiectum. |
- Ad cuius intellectum est advertendum secundum praedicta, quod sicut | ex parte intellectus circa actum producendi eius una est notio

Q 97^{vb}Bad. 181^{vD}K" 134^{va}Bad. 181^{vE}E' 121^{vb}Scarp. 1137^aBad. 181^{vF}S' 236^{vb}Bad. 181^{vG}B" 111^{va}

secundum rem, diversa vero secundum solam rationem qua Pater dicitur
generare Filium et dicere Verbum, et similiter eandem personam nomi- 250
nant secundum rem Filius et Verbum, licet secundum diversas rationes,
sic ex parte voluntatis circa actum producendi eius una notio est secun-
dum rem quae secundum rationes diversas diversis nominibus est
appellanda, et similiter una persona secundum diversas rationes diversis
nominibus est appellanda. 255

Sed secundum unam rationem nomen est ei impositum tam actui
quam personae, secundum quam Pater et Filius dicuntur spirare Spiri-
tum Sanctum, et respondet actus spirandi ex parte voluntatis actui
generandi | ex parte intellectus, et nomen 'spiritus' respondet Filio. 260
Secundum aliam autem rationem nomen non est impositum nec actui
nec personae, sed actum possumus dicere flagrare, et ipsam personam
possumus appellare zelum, ut flagrare respondeat illi quod est dicere et
zelum verbo. Et sicut dicere ex parte intellectus non solum accipitur ut
purum notionale | et ut dicit solum actum producendi verbum et
construitur cum verbo in accusativo, | dicendo "Pater dicit Verbum", 265
sed etiam ut extenditur ad essentielle et dicit rationem manifestationis
sive declarationis apud intellectum illorum quae intellecta sunt intel-
ligentia simplici factam per ipsum verbum, ut per manifestativum |
cuilibet intellectui illustrato ipso verbo, sic etiam flagrare | ex parte
voluntatis non solum accipitur ut purum notionale et ut dicit solum 270
actum producendi zelum ut construitur cum ipso in accusativo dicendo
"Pater et Filius flagrant Spiritum Sanctum", sed etiam accipitur ut
extenditur ad essentielle et dicit rationem gratificationis apud voluntatem
illorum quae volita sunt simplici voluntate factam per ipsum zelum, ut
per gratificativum cuilibet voluntati incensae per ipsum zelum. 275

Sicut enim in Verbo omnia alia dicuntur quodammodo, sic in ipso
zelo omnia quodammodo flagrantur. Et ideo quemadmodum 'dicere'
construitur cum verbo non solum in accusativo quod soli Patri et Filio
convenit, sed etiam in ablativo quod convenit etiam aliis, secundum
superius determinata in quaestione de dicere, sic flagrare construitur 280
cum zelo non solum in accusativo, quod soli Patri et Filio convenit, sed
etiam in ablativo quod convenit aliis modis proportionalibus quibus
dicere Verbo vel in Verbo convenit aliis a Patre. Et flagrare, ut sic
extensum, est id quod notionale et supponit actum amandi sive volendi
quem non signat, sicut dicere extensum supponit actum intelligendi 285
quem non signat.

Pro dicto autem actu innominato, quem appellamus flagrare, in
quantum dicto modo extenditur | secundum usum theologorum, accipi-
tur actus amandi, et ideo eisdem modis quibus, secundum superius

I' 322^{va}Q 98^{ra}K" 134^{vb}Scarp. 1137^bBad. 182^{ca}B" 111^{vb}

290 determinata, dicimus omnes illustratos Verbo dicere se et omnia alia
 Verbo et in Verbo, proportionaliter eisdem modis dicimus omnes
 accensos zelo qui est amor procedens sive Spiritus Sanctus se et alia
 amare Spiritu Sancto. Unde sicut ex parte intellectus notitia essentialis
 295 est quoddam manifestativum quo verum manifestatur intelligenti sive
 intellectui et habet fieri in intellectu ut cognitum in cognoscente, et
 verbum quoddam est manifestativum quo declarative et quasi amplius
 manifestatur intellectui et quasi amplius habet fieri in intellectu. Sed ex
 parte voluntatis amor essentialis est quaedam incensio sive quoddam
 300 incendium quo bonum gratum fit voluntati et quo voluntas se diffundit
 in bonum illud. Et zelum, sive Spiritus Sanctus, est quoddam incenti-
 vum quo bonum amplius gratum fit voluntati et quo voluntas se am-
 plius in bonum diffundit.

Et ita sicut omnia quae nata sunt declarari Verbo, in Verbo Pater
 immediate dicit quando dicit Verbum, et quando alia quae in Verbo dicit
 305 dicit Verbo, illa Verbo dicit non ut medio inter dicentem et actum
 dicendi et ut ratione elicitive actus dicendi de dicente, in quantum notat
 actum producendi, aliter enim solummodo diceret Verbo dicens Ver-
 bum, sed | ut ratione | qua innotescit apud intellectum eius cum dicitur
 id quod Verbo dicitur, et qua actus dicendi in quantum notat actum
 310 manifestandi declarative dirigitur in illud, ut sit solum ratio media inter
 actum dicendi ratione manifestationis quam importat et rem dictam —
 unde et Verbo dicit non dicens Verbum. Spiritus Sanctus enim Verbo
 dicit creaturam, hoc est Spiritus Sanctus | creaturam quam intelligit
 manifestat | Verbo intellectui illius cui dicit; — sic omnia quae nata sunt
 315 gratificari Spiritu Sancto, in ipso Pater et Filius | immediate flagrant
 quando flagrant | Spiritum Sanctum, et quando alia quae in Spiritu
 Sancto flagrat, flagrat Spiritus Sanctus. Illa Spiritu Sancto flagrat sive
 diligit, non ut medio inter flagrantem et actum flagrandi in quantum
 notat actum producendi, aliter enim solummodo flagraret Spiritu Sancto
 320 flagrans, sed ut ratione qua flagrascit apud voluntatem eius qui flagrat id
 quod Spiritu Sancto flagratur sive diligitur, iuxta usum theologorum
 sumendo diligere pro flagrare, et qua actus flagrandi sive diligendi in
 quantum notat actum gratificandi dirigitur in illud, ut sit solum ratio
 media inter actum diligendi ratione gratificationis quam importat li
 325 'flagrare' et rem dilectam. Unde et Spiritu Sancto diligit non producens
 sive flagrans Spiritum Sanctum. |

Creatura enim intellectualis bene Spiritu Sancto diligit Deum
 Patrem, hoc est creatura intellectualis, bene Deum Patrem quem diligit
 Spiritu Sancto gratiose et complacenter diligit. Sicut enim omne verum
 330 intellectus quod amplius innotescit Verbo, sic omne bonum voluntatis

Scarp. 1138^a
 K" 135^a

I' 322^{vb}
 Q 98^{pb}
 S' 237^a
 E' 122^{ra}

B" 112^{ra}

	quod amplius gratescit Spiritu Sancto. Et sic Pater amore, qui ipse est sibi essentialis, et similiter Filius, et quaelibet creatura amore suo naturali aliter diligit bonum, aliter Spiritum Sanctum in quantum est amor cordis sui per hoc quod procedit in ipsum. Ab aeterno enim amor cordis Patris et Filii procedit in ipsis, ex tempore autem creaturae intellectualis.	335
Bad. 182 th	Amore enim sibi essentiali aut naturali quilibet diligit bonum ut ratione media inter subiectum a quo elicitur et actum diligendi qui illa ratione elicitur. Amore vero qui est Spiritus Sanctus quilibet diligit bonum ut ratione media inter actum diligendi et ipsum obiectum quod diligitur tantummodo, secundum iam dictum modum.	340
Scarp. 1138 ^b	Quo viso et intellecto non est alia difficultas in hac quaestione an Pater et Filius diligant se et alia spiritu, acciπendo 'diligere' pro dicto verbo innominato quam in illa an Pater dicit se et alia verbo. Sed ratione maioris obscuritatis et dubitationis inducitur, quia non est ex parte voluntatis verbum impositum respondens illi quod est 'dicere', quod expresse significaret actum gratificandi, sicut 'dicere' significat actum manifestandi, quem nullo modo significat actus diligendi quo utimur loco illius verbi nobis deficientis, ut dictum est. Acciπendo autem 'diligere' in sua propria significatione, patet difficultas quaestionis ex dictis supra et iam amplius exponetur in dicendis.	345
K ⁿ 135 th Bad. 182 th		350

<AD ARGUMENTA>

Bad. 182 th	Quod ergo arguitur primo in contrarium quod « <i>Pater non intelligit se et alia notitia quae est Verbum</i> ergo etc.», dico distinguendo de intelligere modo quo iam distinctum est de diligere in duabus primis significationibus. Intelligere enim ut est purum essenziale et dicit actum intelligendi simplicem, nullo modo potest concedi illa "Pater intelligit Verbo". Et sic, ut bene procedit argumentum, nullo modo potest concedi quod Pater et Filius diligant amore qui est Spiritus Sanctus. Intelligere autem, ut habet aliquid annexum notionale, ut quando dicit actum intelligendi illustrative ex parte intelligentis et declarative ex parte intellecti, licet nullo modo possit concedi quod Pater intelligit simpliciter Verbo, non tamen omnino negandum est quin Pater intelligat Verbo declarative.	355
Q 98 ^{va}	Quia per hoc quod, secundum praedicta, Verbum illustrat sive illuminat intellectum in quo est, et declarat sive manifestat ipsam rem intellectam, licet non sit ratio eliciendi actum intelligendi de subiecto intelligente, sed solummodo essentialis, est tamen ratio modi intelligendi tam in ordine intelligentis ad actum intelligendi quam in ordine actus ad obiectum intellectum. Ut propter hoc bene possit concedi quod Pater	360
B ⁿ 112 th		365
I ^r 323 ^{ra}		

370 declarative intelligat Verbo, et potius declarative quam illustrative, quia
actio intelligendi potius procedit in intellectum ab obiecto declarato et
manifestato quam ab intellectu illustrato in obiectum intellectum.

Et sic consimiliter, non obstante argumento, licet nullo modo
possit concedi quod Pater et Filius diligant amore qui est Spiritus
375 Sanctus simpliciter, non tamen omnino negandum est quin diligant
amore qui est Spiritus Sanctus incentive. Quia per hoc quod, secundum
praedicta, amor qui est Spiritus Sanctus incendit voluntatem in qua est,
et ipsi gratificat ipsam rem volitam, licet non sit ratio eliciendi actum
diligendi de subiecto diligente, sed solummodo amor essentialis, est
380 tamen ratio modi diligendi tam in ordine diligentis ad actum diligendi
quam in ordine actus ad obiectum dilecti. Ut propter hoc bene possit |
concedi quod Pater et Filius incentive diligant amore qui est Spiritus
Sanctus, et potius incentive quam gratificative, quia actio volendi potius
procedit a voluntate in obiectum gratificatum quam ab obiecto gratifi-
cato in voluntatem | incensam. Intellectus enim movetur ab obiecto et
385 voluntas movet se in obiectum, ut saepius declaravimus alibi. |

Et tamen in hoc magna diversitas advertenda ex parte illorum qui
dicuntur intelligere Verbo et non sunt ipsum, et ex parte eius qui est
ipsum Verbum, et similiter ex parte illorum qui dicuntur diligere amore
qui est Spiritus Sanctus, et non sunt ipse, et ex parte eius qui est ipse
390 Spiritus Sanctus. Quia | licet illi qui non sunt ipsum Verbum, unde
dicuntur intelligere Verbo ut ratione elicitive de intelligente ipsius actus
intelligendi, ille tamen qui est ipsum Verbum bene intelligere dicitur
Verbo ut ratione elicitive de intelligente ipsius actus intelligendi. Et
consimiliter licet illi qui non sunt ipse amor qui est Spiritus Sanctus, non
395 dicuntur diligere amore qui est Spiritus Sanctus ut ratione elicitive ipsius
actus diligendi. Ille tamen qui est ipse amor, ut ipse Spiritus Sanctus,
bene dicitur diligere ipso amore qui est Spiritus Sanctus ut ratione
elicitive de volente ipsius actus diligendi.

Unde Filius, | quia est Verbum, intelligit Verbo declarative ut
400 ratione formali elicente actum intelligendi simpliciter, sed hoc non nisi
ratione notitiae essentialis ut est aliquid Verbi. Pater autem, quia non est
Verbum, licet intelligat declarative Verbo secundum expositum modum,
non tamen ut ratione formali elicente actum intelligendi simpliciter,
quia licet illum eliciat ut ratione elicitive notitia essentiali, non tamen ut
405 ipsa est Filii | vel aliquid ipsius Verbi et habita per generationem, sed
potius ut est ipsius Patris omnino ingenita. Nec in hoc est aliqua dif-
ferentia de verbo hominis qui non est suum verbum, et de Verbo Patris
qui etiam non est suum Verbum. Licet enim homo intelligat declarative
suo verbo, non tamen ut ratione formali elicente actum intelligendi

S' 237^bScarp. 1139^aBad. 182^{vK}K" 135^{va}E' 122^{tb}B" 112^{va}

Q 98 ^b	simpliciter. Quia licet illum eliciat notitia simplici quae includitur in ratione verbi sui, non tamen ut ipsa est aliquid verbi, sed potius ut se tenet ex parte memoriae producentis verbum.	410
I' 322 ^b	Consimiliter Spiritus Sanctus, quia ipse amor procedens est, diligit incentive amore procedente ut ratione formaliter elicente actum diligendi simpliciter; sed hoc non nisi ratione amoris essentialis ut est aliquid amoris procedentis sive zeli. Pater autem, quia non est amor procedens, licet diligit incentive amore procedente, secundum expositum modum, non tamen ut ratione formaliter elicitive actus diligendi simpliciter. Quia licet illum eliciat ut ratione elicitive amore suo essentiali, non tamen ut ipse Spiritus Sanctus vel aliquid ipsius zeli et habitus per spirationem,	415
Scarp. 1139 ^b	sed potius ut est ipsius Patris omnino inspiratus. Nec est in hoc aliqua differentia de zelo sive amore procedente in homine, qui non est suum zelum sicut neque suum verbum, et de zelo Patris, qui etiam non est suum zelum. Licet enim homo diligit incentive zelo suo, non tamen ut ratione formali elicente actum diligendi simpliciter. Quia licet illum eliciat amore simplici qui includitur in ratione zeli, non tamen ut ipse est aliquid zeli, sed potius ut se tenet ex parte voluntatis quam informat, ut de quo materialiter elicitor zelum secundum modum supra expositum.	420
K" 135 ^b	Tertio autem modo proportionali tertio modo eius quod est diligere non accipitur ipsum intelligere, quamvis enim diligere sit ita essenziale ut intelligere. Est tamen ratio quare intelligere potius accipitur pro notionali extenso ad essenziale quam diligere; et haec duplex, scilicet necessitas et commoditas. Necessitas, quia ex parte intellectus non deficit verbum notionale extensum ad essenziale; tale enim est ipsum dicere. Tale autem verbum deficit, et deficit ex parte voluntatis quod nos appellamus per translationem flagrare. Propter quod necesse fuit uti nomine essentiali quod est diligere pro illo verbo deficiente, et extendere significationem huius verbi quod est diligere. Non sic autem necesse fuit uti hoc verbo intelligere aut extendere ipsum. Ratio autem talis defectus ex parte voluntatis potius quam ex parte intellectus est ex hoc quod nobis minus nota sunt pertinentia ad emanationem voluntatis quam sunt pertinentia ad emanationem intellectus, cuius ratio est quod nos divina cognoscimus per ea quae in creaturis videmus, secundum RICHARDUM in principio De Trinitate.	425
Bad. 182 ^{nl}	Tertio autem modo proportionali tertio modo eius quod est diligere non accipitur ipsum intelligere, quamvis enim diligere sit ita essenziale ut intelligere. Est tamen ratio quare intelligere potius accipitur pro notionali extenso ad essenziale quam diligere; et haec duplex, scilicet necessitas et commoditas. Necessitas, quia ex parte intellectus non deficit verbum notionale extensum ad essenziale; tale enim est ipsum dicere. Tale autem verbum deficit, et deficit ex parte voluntatis quod nos appellamus per translationem flagrare. Propter quod necesse fuit uti nomine essentiali quod est diligere pro illo verbo deficiente, et extendere significationem huius verbi quod est diligere. Non sic autem necesse fuit uti hoc verbo intelligere aut extendere ipsum. Ratio autem talis defectus ex parte voluntatis potius quam ex parte intellectus est ex hoc quod nobis minus nota sunt pertinentia ad emanationem voluntatis quam sunt pertinentia ad emanationem intellectus, cuius ratio est quod nos divina cognoscimus per ea quae in creaturis videmus, secundum RICHARDUM in principio De Trinitate.	430
Bad. 183 ^l	Nunc autem in creaturis videmus emanationem modo naturae principalio- rem, qualis est illa quae in divinis est ex parte intellectus. Emanationem vero modo naturae non principalem, quae principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non enim productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis et ex libero arbi-	435
B" 112 ^b	Nunc autem in creaturis videmus emanationem modo naturae principalio- rem, qualis est illa quae in divinis est ex parte intellectus. Emanationem vero modo naturae non principalem, quae principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non enim productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis et ex libero arbi-	440
S' 237 ^{va}	Nunc autem in creaturis videmus emanationem modo naturae principalio- rem, qualis est illa quae in divinis est ex parte intellectus. Emanationem vero modo naturae non principalem, quae principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non enim productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis et ex libero arbi-	445
	Nunc autem in creaturis videmus emanationem modo naturae principalio- rem, qualis est illa quae in divinis est ex parte intellectus. Emanationem vero modo naturae non principalem, quae principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non enim productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis et ex libero arbi-	450

trio, nulla autem immutabili necessitate naturae. Et quia clarior prop-
 terea nobis est emanatio modo naturae ex parte intellectus et evidentior,
 ideo est facta translatio verborum interpositorum actibus creaturarum
 actibus divinis, ex parte intellectus quam ex parte voluntatis. Aequali
 455 tamen proprietate flagrare transferri potest ad significandum in divinis
 spirationem amoris a voluntate liberali, qua transfertur dicere ad signifi-
 candum in divinis generationem notitiae a natura | intellectuali. |

Q 99^{ra}
 Bad. 183^{ra}M

Commoditas etiam est ratio quare diligere potius dicto modo
 accipitur quam intelligere, quia omnis actus notionalis procedit | a
 460 potentia ut a principio activo in productum ut in terminum, in quo cum
 illo convenit actio diligendi, quia procedit a potentia volitiva elicente
 actum in amatum ut in terminum; non sic actus intelligendi, quia est
 quid receptum in intelligente ab intellectu. |

Scarp. 1140^a

Bad. 183^{ra}N

Per dicta patet quomodo oportet respondere argumento quod
 465 beatus BERNARDUS proposuit HUGONI, ut recitat HUGO in principio
 epistolae suae, ubi dicit sic: «*quaeris a me quomodo verum sit*» etc., ut habi-
 tum est supra. Dico enim quod si loquimur de diligere primo modo, in
 illo bene procedit argumentum, quia sicut Pater non sapit ea sapientia
 quae Filius est, sic nec diligit secundum istum | modum eo amore qui est
 470 Spiritus Sanctus, quia secundum istum modum sapientia et amor non
 dicunt nisi rationem formalem elicendi actum de subiecto, virtute cuius
 tenet argumentum. Si vero loquamur de secundo modo, etiam bene
 verum est quod sicut Pater diligit Spiritu Sancto, sic intelligit Verbo,
 quia et incentive diligit Spiritu Sancto, et declarative | intelligit Verbo.
 475 Sicut nec simpliciter diligit Spiritu Sancto nec simpliciter intelligit Verbo,
 ut patet ex praedictis. |

K" 136^{ra}

l' 322^{va}

Bad. 183^{ra}O

Et quod arguit BERNARDUS secundum AUGUSTINUM, quod «*si*
Pater ea sapientia sive notitia quae Filius est saperet sive intelligeret, non
tamen Filius a Patre esset quam Pater a Filio», dico quod verum est de
 480 sapere et intelligere simpliciter primo modo dicto. | Quod etiam verum
 est de diligere simpliciter, quia si procedit eo amore qui Spiritus Sanctus
 est, Pater diligeret simpliciter | elicendo actum, non tamen Pater esset a
 Spiritu Sancto quam Spiritus Sanctus a Patre. De sapere autem et
 intelligere declarative non est verum, nec etiam diligere incentive. Non
 485 enim idem est Patri esse et sapere declarative quod praesupponit Ver-
 bum, et dicere notionale in quo habet annexum aliquid notionale, et
 similiter diligere incentive quod praesupponit Spiritum Sanctum et
 spirare, ut de tali diligere non sit idem Patri esse et diligere.

B" 113^{ra}

E' 122^{va}

Et multo minus verum est de diligere tertio modo quod idem sit
 490 diligere illo modo quod esse, quia tale diligere ex parte voluntatis cor-
 respondet ei quod est dicere ex parte intellectus. Sicut enim dicere, quo

	Pater dicit Verbo, supponit Verbum in quo dicuntur ea quae dicuntur Verbo, et per hoc etiam dicere ipsum Verbum, et addit tamquam de propria significatione actum secundum praedicta, sic diligere, quo Pater diligit Spiritu Sancto secundum istum modum tertium, supponit Spiritum Sanctum in quo flagrantur ea quae flagrantur sive diliguntur Spiritu Sancto. Et per hoc etiam supponit ipsum spirare sive flagrare Spiritum Sanctum, et superaddit de propria significatione actum gratificandi sive acceptandi. Nec est differentia in aliquo inter dicere Verbo et diligere Spiritu Sancto, similiter inter Verbum et Spiritum Sanctum nisi in hoc quod dicere et Verbum non solum dicunt respectum et ordinem ad dictum, sed etiam ad illum cui dicitur. Pater enim Verbo dicit Spiritum Sanctum creaturae vel creaturam Spiritu Sancto. Diligere autem et Spiritus Sanctus dicunt respectum et ordinem ad dilectum et non ad aliquem alium ulterius.	495
Scarp. 1140 ^b		
Bad. 183 ^p	Ad secundum quod « <i>si Pater diligeret Spiritu Sancto diligeret amore notionali</i> », dico quod amor vel dilectio dupliciter consideratur: uno modo ut significatur per verbum diligendi sive amandi, alio modo ut significatur nomine amoris sive dilectionis. Primo modo quicumque diligit sive amat, diligit et amat dilectione sive amore secundum rationem habitudinis formae denominantis, sicut ignis dicitur calefacere activa calefactione, et arbor florere floritione, et splendens splendere splendore, et dicens dicere dictione; et talis amor sive dilectio non est nisi essentialis. Et quicumque diligit aut amat non diligit neque amat nisi amore vel dilectione essentiali, sed hoc secundum aliquem trium praedictorum modorum.	500
K ⁿ 136 ^b Q 99 ^b		510
B ⁿ 113 ^b Bad. 183 ^p	Secundo autem modo, licet amor de se sit essentialis, tamen cadit in circumlocutione notionalis quando dicitur amor notionalis. Et nullum est inconueniens quod penes secundum et tertium modos praedictos diligens vel amans diligit vel amet amore notionali. Et quoquo modo aequivoce dilectio significatur verbo diligendi et nomine dilectionis notionalis, sicut splendor et dictio aequivoce vel quasi significantur hoc verbo 'splendere' et 'dicere', et hoc nomine 'filius' sive 'verbum'. Pater enim dicit filium dictione significata nomine illius verbi dicere sicut generat filium generatione, sed non dicit filium dictione significata nomine verbi sicut nec dicit filium verbo.	520
S ^r 237 ^b Bad. 183 ^v I ^r 322 ^b	Ad tertium quod « <i>notionale non est ratio essentialis, quia est secundum respectum ipsius</i> », dico secundum praedicta quod verum est ut ratio elicitive quasi media inter elicentem et actum elicitem. Est tamen ratio illius ut qua ordinatur elicentem ad elicendum actum sub modo determinato in secundo modo intelligendi praedicto, vel qua ordinatur actus elicitus ad obiectum, ut in secundo et tertio modo	525
		530

535 praedictis. Et nullum est inconueniens quod secundum sit ratio primi
 habet rationem primi respectu | notionalis amoris, sed potius secundi. Scarp. 1141^a
 Incentive enim diligere penes secundum modum diligendi, aut summe
 complacenter penes tertium modum diligendi, non potest aliqua divina
 persona diligere, non producto Spiritu Sancto quasi prius, quia non nisi
 Spiritu Sancto, sicut nec declarative intelligere penes secundum modum
 540 intelligendi, nec intelligere manifestando – quod est idem quod dicere –
 potest Pater nisi quasi prius producto Verbo, quia non nisi ipso Verbo,
 ut patet ex praedictis. |

Ad argumentum in contrarium quod «*non est amor nisi eo quis amet*», dico quod verum est vel elicitive secundum primum modum
 545 amandi praedictum, quod non convenit nisi amori essentiali; vel ordina-
 tive quod bene convenit amori notionali penes secundum et tertium
 modum praedictos, quemadmodum, ut supra expositum est, Pater aliter
 amat amore essentiali qui ipse est, aliter amat amore suo notionali qui
 non est ipse. |

QUAESTIO 8

Bad. 183^{vR}
 Scarp. 1141^b

Bad. 183^{vS}
 Scarp. 1141^a

UTRUM SPIRITUS SANCTUS PROCEDAT UT DONUM

5 Circa octavum arguitur quod Spiritus Sanctus non procedit ut
 donum. Primo sic. Procedens ut ratio donandi omnia non | procedit ut
 donum, quia aliud est donum et aliud est ratio donandi illud, sicut aliud
 est ratio diligendi et aliud dilectum. Spiritus Sanctus procedit ut ratio
 donandi singula dona, quia est ratio donandi omnia dona. | Ex hoc enim
 dona gratuita et liberaliter a Deo donata dicuntur esse dona Spiritus
 Sancti, quamquam a tota Trinitate communiter donantur, ut patebit in
 10 quaestione sequente. Ergo etc. |

Secundo sic. Si Spiritus Sanctus procederet ut donum, donum
 autem relative dicitur non solum ad dantem ipsum sed etiam ad recipi-
 entem, dicente AUGUSTINO II^o De Trinitate cap.^o 14^o: «*Quod
 datum est et ad eum qui dedit refertur et ad eos quibus dedit*»; Spiritus Sanctus
 15 ergo et Dei | est qui dedit et nostri qui accepimus; ergo Spiritus Sanctus
 ex processione sua haberet quod relative dicatur non solum ad dantem
 sed etiam ad creaturam cui datur. Relatio autem quae habetur ex
 processione realis est, sicut et ipsa processio | realis est. Relatio enim
 rationalis non nisi ex actu rationis | sive rationali circa relatam oritur;

K" 136^{va}

Scarp. 1141^b

B" 113^{va}

Scarp. 1142^a

E' 122^{vb}

Q 99^{va}

haberet ergo Spiritus Sanctus relationem realem ad creaturam. Consequens falsum est. Ergo etc. 20

Contrarium habetur ibidem, II^o De Trinitate, ubi dicit AUGUSTINUS de Spiritu Sancto: «*ipse exit a Patre sicut in evangelio legitur. Exit enim non quomodo natus, sed quomodo datus*». Et hoc non nisi quia exiit ut donum aptum et habile dari ab aeterno priusquam actu detur. Ergo etc. | 25

Bad. 183^vT

<SOLUTIO>

Dico quod postquam secundum praedicta verum est quod Spiritus Sanctus proprie donum est, proprium autem non est aliquid in divinis alicui personae nisi ex suo modo procedendi, quia omnis proprietas notionalis et proprietas reducta ad ipsam necessario ad originem pertinet secundum praedeterminata; necessario ergo concedendum est quod Spiritus Sanctus procedat ut donum. Et non restat hic videre nisi quomodo Spiritui Sancto ex ratione originis sive modi procedendi conveniat quod sit ut dicatur donum. Et tactum | est hic in parte atque expositum in quaestione 3^a praecedente et dissolutione scilicet rationis 8^{ae}. Ut enim dictum est ibi: quemadmodum Filius procedit ut imago et habet ex suo modo procedendi quod sit imago, sic scilicet Spiritus Sanctus procedit ut donum et ex modo suo procedendi habet quod sit donum. Sicut enim Filius, quia procedit ut simile productum de simili producente et ut notitia de notitia modo operationis naturae quasi per impressionem formae generantis similis ei de quo generatur, secundum modum superius expositum, ideo dicitur imago et procedit ut imago — imago enim dicitur quasi alterius imitago — sic Spiritus Sanctus, quia procedit ut amor de voluntate producente | modo operationis voluntariae et liberalis quasi per excussionem ab eo de quo producit sive excutitur in alium tendens, secundum superius etiam determinata, ideo dicitur esse donum et procedere ut donum. Donum enim dicitur dabile liberaliter in aliud directum ut ei conferendum. Non enim Spiritus Sanctus procedit solummodo ut amor | manens in eo cuius est, sicut perfectio voluntatis illius a quo procedit, sicut solummodo procedit Filius ut notitia manens et sicut perfectio in intellectu eius a quo procedit, ut patet ex supra declaratis, sed etiam ulterius | procedit ut tendens in alterum ad perfectionem illius in quem tendit, ut a Patre in Filium et e converso, et ab ambobus in creaturam intellectualem. 55

I^r 324^{ra}

K^r 136^{vb}

B^r 113^{vb}

S^r 238^{ra}

Et in hoc partim differt a proprietate Filii quae est Verbum et partim convenit cum illa. Differt siquidem in hoc quod Verbum proce-

60 dit a Patre ut manens in ipso, et non procedens ab ipso in alium vel in
 aliud, sicut Filius non procedit a | Patre in alium vel in aliud. Propter
 Filius sive Verbum nisi Patris. Donum autem procedit a donante non
 solum ut manens in ipso, sed ut ulterius procedens in alium vel in aliud.
 Propter quod non solum dicitur donum donantis, sed etiam illius cui
 donatur, secundum quod de hoc habetur ab AUGUSTINO V^o De
 65 Trinitate cap.^o 14^o. Convenit autem proprietas doni cum proprietate
 Verbi in hoc quod Verbum, secundum superius determinata, non solum
 habet respectum ad dicentem, sed etiam ad dicta et manifesta sive
 declarata Verbo; et consimiliter etiam donum ad id cui datur, licet alio et
 alio modo relationis, quia donum refertur ad recipientem | secundum
 70 relationem equiparentiae; Verbum autem refertur ad declarata Verbo
 secundum relationem mensurae. Et similiter zelum relationem dicit ad
 ea ad quae diligens inflammatur zelo, prout expositum est, secundum
 modum relationis conformem illi quo Verbum refertur ad declarata
 Verbo. |

Bad 184^TQ 99^bBad 184^V

75 Ad cuius ampliolem intellectum est advertendum quod voluntas
 liberalis est ut amans sive volens, non solum per amorem in bono amato
 secundum se quiescat, sed etiam ut eundem amorem suum in amatum
 transfundat, qui amatur sibi actum amandi rependat et in se vice versa
 conquiescat. Et non solum hoc, sed ut etiam ambo amorem eundem in
 80 tertium transfundant, ut id quod quisque eorum diligit, alter condiligat et
 in eodem conquiescat, ut ab eodem uterque eorum condiligatur.

Amor enim perfectus non solum quaerit dilectum sed rediligen-
 tem et condiligentem et condilectum, dicente RICHARDO | III^o De
 Trinitate cap.^o 11^o: «*In mutuo amore multumque fervente nihil praeclarius*
 85 *quam ut ab eo quem summe | diligis et a quo summe diligeris, alium | aequae diligi*
velis». Summe igitur dilectorum uterque oportet ut pari voto condilectum
requirat. Et 19^o cap.^o: «Quando unus alteri amorem impendit et solum diligit,
dilectio quidem est, sed condilectio non est». Condilectio autem iure dicitur ut a
 90 *duobus tertius concorditer diligatur et duorum affectus tertii amoris*
incendio in unum conflatur. Et secundum hoc Pater, diligendo Filium,
spirat in ipsum amorem qui est Spiritus Sanctus et e converso, et illo
mutuo sese diligunt ut dono suo, et illud etiam diligunt ut requiescunt in
 95 *illo atque vice versa re diliguntur ab illo et illud requiescit in illis, et*
ambo etiam spirant ipsum temporaliter in dilectum creatum, ut ambo
eum condiligant et condiligantur ab eodem prout aliquantulum tacta sunt in
7^a quaestione praecedente.

K" 137^aB" 114^a
l' 324^b

Est etiam advertendum quod differentia est inter donum et
 datum. Datum enim dicit actum dandi simpliciter, sive detur quid

E ^{123^a}	liberaliter sive non, et generaliter notat in se dabilitatem sive potentiam nudam qua potest dari. Donum autem dicit actum dandi sicut datum, non simpliciter sed liberaliter, et notat in se non nudam dabilitatem sive potentiam qua potest dari etiam liberaliter, sed etiam notat in se habilitatem et aptitudinem qua quantum est ex se et ex condicione sua ordinatur ut alteri detur. Qualem aptitudinem ex condicione et ex modo suo procedendi, secundum iam dicta, habet in se Spiritus Sanctus, ut non solum dicatur donum ex actu dandi quo datur et quando datur, sed etiam ex habilitate sua ad donandum passive; et hoc non solum ex libertate sive ex liberalitate dantis, sed etiam ex habilitate dati ut detur sive donetur priusquam detur aut donetur. Secundum hoc enim non omne datum donum potest dici, nec e converso omne donum datum, quia est aliquid datum quod nec liberaliter datum, nec ex se habilitatem naturalem habet ut detur. Omne etiam datum ex libertate, licet communiter loquendo, donum dici possit, proprie tamen donum dici non potest nisi ex condicione et natura sua habeat rationem donabilem, sicut eam habet Spiritus Sanctus, et hoc ipse solus; propter quod ipse solus proprie donum dici potest prout procedit ultima ratio.	100 105 110 115
Q 100 ^a		
Bad 184 ^x		

<AD ARGUMENTA>

B ^{114^b} S ^{238^b} K ^{137^b}	Ad primam rationem in contrarium cum dicitur quod « <i>procedens ut ratio donandi non procedit ut donum, quia aliud est donum et aliud ratio donandi, sicut aliud est dilectum aliud vero ratio diligendi</i> » etc., dico quod est quoddam donum et similiter quoddam dilectum habens per se rationem doni et diligibilis, et quoddam habens per accidens rationem doni et diligibilis, quemadmodum primo modo rationem diligibilis a matre habet proles, eo quod id quod est, a matre est. Secundo modo rationem diligibilis a matre proles habet nutrix, quia scilicet fovet prolem. De eo autem quod est per se ratio diligendi, id quod est dilectum per se. Sed de eo quod est ratio diligendi secundo modo, scilicet per accidens, verum est quod non est <est> dilectum per accidens, quemadmodum proles quae est ratio diligendi dilectum per accidens, scilicet nutricem, nequam diligitur per accidens, est tamen dilectum per se et simpliciter. Et consimiliter cum omne aliud donum a Spiritu Sancto sit donabile per	120 125 130
--	---	-------------------

- accidens, quia scilicet habet in se rationem aliquam boni a Spiritu Sancto propter quam est donabile, Spiritus Sanctus, qui est ratio donandi alia, nequaquam est donabile per accidens, est tamen in se simpliciter et per se donabilis. |
- 135 Ad secundum quod «*si Spiritus Sanctus procederet ut donum, ex processione sua relative diceretur ad id cui donabile est et sic relatione reali*», dico quod ex processione oritur relatio procedentis ad illum a quo procedit, et illa semper realis est, et non est Spiritus Sanctus qui est
- 140 donum nisi ad Patrem | et Filium a quibus procedit. Oritur etiam relatio procedentis ex sua processione ad aliquem vel ad aliquid aliud quam a quo procedit, quam nequaquam oportet fore realem | sicut est realis ipsa processio. Puta: Verbum in divinis ex sua processione habet quod sit Verbum et relationem habens ad omnia dicenda Verbo; ad quaedam tamen illorum non habet relationem nisi rationalem secundum superius determinata. |
- 145 Et quod arguitur quod «*actus processionis in divinis est realis, et relatio rationalis non est nisi ex actione rationali, quare talis, cum sit relatio ad creaturam, rationalis est, non ergo est ex actione reali*», dicendum quod relatio Dei ad creaturas revera non est nisi rationalis, etsi e converso relatio creaturae ad Deum aliquando est realis, prout in quaestionibus de Quolibet latius et aliquantulum etiam in superius determinatis declaravimus. Et sicut relatio Dei ad creaturas non est nisi rationalis, sic non est nisi ex actione rationali, quae est rationis secundum intellectum aut voluntatem sicuti intelligere aut velle sed in proposito relatio doni ad creaturam ex actu voluntatis est quia quod donum quod est Spiritus Sanctus datur aut quod donabile est hoc evenit quia ipsum opus voluntatis et amoris est tendens in id cui datur et cui donabile est, et hoc ex ratione suae processionis qua in se habet esse, non absolute manens in eo a quo procedit. In quo, ut dictum est, differt in divinis Verbum ab amore procedente sive dono. | Verbum enim solummodo declarativum est apud dicentem Verbo illius quod dicitur Verbo. Zelum autem sive amor procedens non solum est inflammativum eius quod zelat zelo in id quod ipso zelo zelatur, | sed etiam tendit a zelante a quo procedit ut
- 150 relatio Dei ad creaturas revera non est nisi rationalis, etsi e converso relatio creaturae ad Deum aliquando est realis, prout in quaestionibus de Quolibet latius et aliquantulum etiam in superius determinatis declaravimus. Et sicut relatio Dei ad creaturas non est nisi rationalis, sic non est nisi ex actione rationali, quae est rationis secundum intellectum aut voluntatem sicuti intelligere aut velle sed in proposito relatio doni ad creaturam ex actu voluntatis est quia quod donum quod est Spiritus Sanctus datur aut quod donabile est hoc evenit quia ipsum opus voluntatis et amoris est tendens in id cui datur et cui donabile est, et hoc ex ratione suae processionis qua in se habet esse, non absolute manens in eo a quo procedit. In quo, ut dictum est, differt in divinis Verbum ab amore procedente sive dono. | Verbum enim solummodo declarativum est apud dicentem Verbo illius quod dicitur Verbo. Zelum autem sive amor procedens non solum est inflammativum eius quod zelat zelo in id quod ipso zelo zelatur, | sed etiam tendit a zelante a quo procedit ut
- 155 aut voluntatem sicuti intelligere aut velle sed in proposito relatio doni ad creaturam ex actu voluntatis est quia quod donum quod est Spiritus Sanctus datur aut quod donabile est hoc evenit quia ipsum opus voluntatis et amoris est tendens in id cui datur et cui donabile est, et hoc ex ratione suae processionis qua in se habet esse, non absolute manens in eo a quo procedit. In quo, ut dictum est, differt in divinis Verbum ab amore procedente sive dono. | Verbum enim solummodo declarativum est apud dicentem Verbo illius quod dicitur Verbo. Zelum autem sive amor procedens non solum est inflammativum eius quod zelat zelo in id quod ipso zelo zelatur, | sed etiam tendit a zelante a quo procedit ut
- 160 donum in id quod zelatur et illi datur. Et ita refertur ad illud quod zelatur, non solum ut ad id quod zelo zelatur — quemadmodum Verbum refertur ad id quod Verbo dicitur — sed etiam ut ad id cui donatur, quod est propria relatio in Spiritum Sanctum in quantum est donum, qualis nulla correspondens est in Filio. Licet relationi qua Spiritus Sanctus spiratur ut ens et refertur ad spirantem, | respondeat in Filio relatio ad Patrem qua generatur ab illo ut est Filius, et relationi qua flagratur ut | est zelum et refertur ad flagrantem, respondeat relatio in
- 165
- 170

Bad 184^{rY}

I' 324^{va}

Bad. 184^{vY}

Bad. 184^{vZ}

B" 114^{va}

K" 137^{va}

Q 100^b

Scarp. 1144^a

Filio qua dicitur a Patre ut est Verbum; et relationi qua Spiritus Sanctus ut est zelum refertur ad zelata zelo, respondeat relatio qua Verbum refertur ad dicta Verbo. 175

Et sicut dicere Verbo essentielle est, licet praesupponat dicere notionale, et per hoc relatio Verbi rationalis ad dicta Verba consequitur actionem notionalem qua procedit Verbum a Patre, consimiliter zelare zelo essenziale est, licet praesupponat flagrare sive zelare notionale; et per hoc etiam relatio zeli rationalis etiam ad zelata zelo consequitur actionem notionalem qua zelum procedit a zelante seu flagrante ipsum; et ulterius etiam zeli est relatio rationalis ad id cui donatur | seu donabile est, consequitur actionem notionalem eandem, et praesupponit actio essentialis donandi | actionem notionalem qua Spiritus Sanctus seu zelum procedit ut donatio. Et est ista processio qua procedit ut donum a flagrante aeterna. Illa autem qua procedit ulterius in id cui donatur, quandoque est aeterna quandoque temporalis: aeterna autem, quando datur ei qui est aeternus, ut Filio a Patre et e converso, de quo erit sermo in sequenti | quaestione; temporalis vero, quando datur ei qui est temporalis, ut | creaturae. Et differt donatio qua donatur ab aeterno ab illa qua donatur ex tempore in hoc quod illa donatio, qua datur ab aeterno Filio a Patre et e converso, nihil aliud est quam ipsa processio aeterna qua procedit a Patre in Filium et e converso. Illa vero qua datur ex tempore creaturae alia est a processione qua procedit ab aeterno a Patre et Filio, sicut alia est processio Spiritus Sancti temporalis ab aeterna. | 180 185 190 195

E' 123^{tb}Scarp. 1144^bS' 238^{va}I' 324^{vb}Bad. 184^{va}
Scarp. 1144^a

QUAESTIO 9

UTRUM SPIRITUS SANCTUS SIT DONUM QUO CETERA DONANTUR

Circa nonum arguitur quod Spiritus Sanctus non sit donum a quo cetera dona donantur. Primo sic. Sine dono quo cetera dona donantur nullum aliud donum donatur, et illo dato non est aliquod donum quod non donetur, quia ipsum est propria | causa et ratio donandi cetera. Et posita causa tali, necesse est poni effectum, et remota illa, | necesse est removeri effectum. Sed sine dono quod est Spiritus Sanctus dato, multa dona donantur, et illo dato multa alia non simul donantur, puta dona gratis data | quae dantur quandoque illis quibus non datur Spiritus Sanctus, et similiter non datur illis quibus datur Spiritus Sanctus. Ergo etc. 5 10

B" 114^{vb}K" 137^{vb}Scarp. 1144^b

Secundo sic: APOSTOLUS dicit I^o < Ad > Corinthios 3^o: qui
 15 pro nobis illum donavit Filium suum scilicet, «*quomodo non cum eo donavit
 nobis omnia?*». Filius ergo donum est quo cetera dona donantur. Non
 ergo hoc est proprium dono quod est Spiritus Sanctus.

Tertio sic. Illuminatio sapientiae donum est quod proprie datur
 dono quod est Verbum sive Filius, quia ut dicitur Ioannis I^o: «*Erat
 lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*». Non ergo
 20 proprium est dono quod est Spiritus Sanctus quod ipso donetur |
 donum hoc.

Scarp. 1145^a

Contra. «*In quolibet genere uno est unum primum quod est ratio
 omnium illorum quae sunt in illo genere*», secundum PHILOSOPHUM X^o
 M e t a p h y s i c a e ; ergo et in genere donorum. Hoc autem non est nisi
 25 Spiritus Sanctus in divinis, quia ipse solus est proprie donum et princi-
 pium donorum. Tale autem est donum quo cetera dona donantur, sicut
 lux est primum visibile quo cetera videntur. Ergo etc. |

Bad 185^{rB}

<SOLUTIO>

Dico, secundum processum ultimae rationis, quod Spiritus
 30 Sanctus donum est in quo consistit perfectissime ratio doni sive |
 donabilis, sicut in quolibet primo cuiuslibet generis entium perfectissime
 consistit ratio naturae et perfectionis illius generis, ut ratio coloris in
 albedine et visibilis in luce, et universaliter cuiuslibet mensurae, in
 quantum mensura est, in sua mensura prima. Et convenit hoc Spiritui
 35 Sancto ex modo suo procedendi, quia, secundum praedicta, ab illa habet
 quod sit proprie donum, et per hoc similiter et verissime habet rationem
 doni. Ita quod in quocumque alio sit ratio aliqua doni vel donabilis, illa
 est per quandam participationem respectu rationis doni quae est in
 Spiritu Sancto, et est per essentiam quemadmodum ratio visibilis in alio
 40 est per quandam participationem respectu rationis visibilis in luce, et
 ratio mensurae est in quacumque posteriori mensura per quandam
 participationem respectu rationis mensurae in prima mensura.

Q 100^{va}

Nunc autem ita est quod illud in quo consistit principaliter ratio
 alicuius generis, non solum est ratio prima aliorum quae sunt sub eodem
 45 genere quoad rationem illam qua sunt sub illo genere, sed etiam actus
 illius qui convenit illis qui sunt sub eodem genere ex ratione illa qua
 existunt sub illo genere; puta in genere actus active dicti cuiusmodi est
 actus mensurandi, qua mensura mensurat mensuratum. | Unica enim
 50 quae est ratio mensurae qua libra dicitur mensura etiam est mensura et
 ratio actus quo libra mensurat mensurata. Quare, cum actus donandi

B" 115^{ra}

I ^o 325 ^a	passive illis, quae sicut dona donantur sub genere donabilium, convenit ratione doni quae simpliciter est in illis secundum rationem primi doni, in quo consistit prima ratio doni, convenit ergo et illis actus donandi qua donantur passive secundum rationem illius primi doni.	
K ^o 138 ^a	Nulla est enim quoad hoc differentia in actibus active et passive dictis, qua, cum Spiritus Sanctus sit ratio cuiuslibet doni, qua illud est donum atque donabile, consimiliter est ratio actus donandi quo illud donatur. Spiritus Sanctus ergo est ratio qua cetera dona donantur.	55
Scarp. 1145 ^b	Sed est advertendum quod <i>«est donum quo cetera dona donantur»</i> contingit intelligi dupliciter. Quia enim actus donandi ordinem habet, non solum ad illud quod donatur, sed etiam ad illum a quo donatur – omittendo ad praesens ordinem eius ad illum cui donatur – dico quod donum illud quo cetera dona donantur contingit intelligi aliquid esse dupliciter: uno scilicet modo in ordine ad illud quod donatur; alio autem modo in ordine ad illum a quo donatur. Primo modo indubitanter Spiritus Sanctus, secundum iam expositum modum, est ratio qua cetera dona donantur et hoc passive, ex parte scilicet donati, quia a ratione primi doni in quolibet alio. Sed hoc modo magis proprie dicitur quod Spiritus Sanctus est donum quo cetera dona habent quod sunt dona, quam quo cetera dona donantur. Secundo consimiliter modo Spiritus Sanctus est donum quo cetera dona donantur et hoc active, ex parte scilicet donantis, quia ratio primi doni inclinatur in cetera dona ad donandum illa, sed hoc non in quantum est donum. Secundum rationem enim qua est donum, solummodo respicit actum donandi passive iam modo dicto, sed in quantum est amor, sive secundum rationem qua est amor procedens. Amor enim procedens, quo Pater et Filius sese mutuo gratuito et relative diligunt, est ratio qua diligunt gratuito et relative creaturam intellectualem. Dilectione dico relativa ad modum quo Verbum est ratio qua dicunt creaturam, et illo amore relativo creaturae intellectuali et illi dona conferunt gratuita et gratis data supernaturalia.	60
S ^o 238 ^b	Naturalia autem dona confert amore relativo omni creaturae generaliter. Cuius collationis tam in donis naturalibus quam gratuitis radix et origo est amor essentialis, sicut et dilectionis relativae radix et origo est amor simplex essentialis, et notitiae relativae radix et origo est notitia simplex essentialis. Sed quod amore relativo conferunt dona, hoc aliter contingit in donis gratis datis et in donis gratuitis, quia in dando dona gratis data non simul datur Spiritus Sanctus, quia illa etiam malis et perversis manentibus dantur; non sic autem Spiritus Sanctus. Cum illis autem, scilicet donis gratuitis, simul datur et Spiritus Sanctus, quia Pater et Filius non dant illa nisi illis quibus prius naturali ordine	65
E ^o 123 ^a		70
Q 100 ^b		75
B ^o 115 ^b		80
		85
		90

95 dant amorem a se | procedentem, non solum ab uno in alterum ab aeterno, sed ab ambobus ex tempore in creaturam rationalem, secundum quod inferius declarandum est disputando de processione Spiritus Sancti temporali. |

K" 138^b

Bad 185^c

<AD ARGUMENTA>

100 Quod arguitur primo quod «Spiritus Sanctus *non est* | *donum quo cetera dona donantur, quia sine* eo aliqua dona donantur et cum *illo dato* aliqua dona *non donantur*», dico | quod ablativus ille 'quo' cetera dona donantur potest construi cum verbo illo 'donantur' associative vel causaliter. Et primo modo Spiritus Sanctus solummodo est donum quo donantur dona gratuita quae non dantur nisi cum Spiritu Sancto, qui etiam non datur sine illis. Non autem isto modo est donum quo dantur naturalia aut dona gratis data, de quibus bene procedit obiectio. Sed de hoc modo non intelligitur praesens quaestio sed de secundo modo; illo enim modo nullum donum naturale aut supernaturale sive gratuitum sive gratis datum confertur creaturae intellectuali non Spiritu Sancto, ut causa sive ratione intellectiva voluntatis ad dandum illud, licet solum ipsemet detur cum donis gratuitis et dona gratuita non nisi cum ipso. Alia autem bene dantur sine Spiritu Sancto et ipse sine illis, secundum quod tangit argumentum et de illo secundo modo intelligitur praesens quaestio solummodo. |

I' 325^b

Scarp. 1146^a

Bad 185^d

115 Ad secundum quod «*Filius est quo cetera dona donantur, ergo non est hoc proprium* Spiritui Sancto», dico quod illud verum est primo modo, scilicet per associationem sive concomitantiam, secundum quod sonat verbum Apostoli. Cum Filio enim | nobis donato Pater omnia dona nobis donavit, non ut in effectu sed in virtute, et hoc singulis quoad dona gratuita necessaria ad salutem, et cetera diversis prout opus erat, licet non singulis. Ut enim dicitur Ioannis I^o: «*Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt*» in eum; et bene hoc exponit cum subdit: «*Et Verbum caro factum est, et vidimus eum plenum gratia et veritate. Et de plenitudine | eius omnes accepimus gratiam pro gratia*». Secundo autem modo, scilicet causalitate et ratione donandi illud convenit soli | Spiritui Sancto, quia proprie donum est et amor procedens; non Filio, ut habitum est supra, licet nobis datus sit in incarnatione secundum illud I s a i a e: «*puer natus est nobis et filius datus est nobis*». Unde, scilicet quod Filius datus est nobis, ideo est Spiritus Sanctus. |

Bad. 185^{vD}

B"115^{va}

Scarp. 1146^b

Bad. 185^{vE}

Ad tertium quod «*donum sapientiae proprie datur Verbo*», quod videtur directe esse contra iam dicta, dico quod, praeter dictos modos,

eius quod est quo aliquid donatur adhuc est unus quo aliquid donatur effective, et hoc modo solo Filio in quantum lux est et Verbum atque sapientia genita datur creaturae rationali sapientia, ut procedit obiectio. Sed de isto modo nihil ad praesentem quaestionem. Ut causalis enim ratio donandi istud donum solummodo est | donum quod | est Spiritus Sanctus secundum iam dicta, licet causale principium | effectivum sive donativum illius sit solummodo Verbum, et hoc non nisi per quandam appropriationem. Quia enim ei appropriatur quod sit lux vel sapientia essentialis, ideo appropriatione dicitur solum Verbum dare sapientiam, licet principaliter et communiter ipsam det tota Trinitas, sicut et cetera dona. Et per hunc modum appropriationis solus Pater creaturae dicitur dare potentiam, quia potentia illi soli appropriatur, et solus Spiritus Sanctus bonitatem, quia illa ipsi soli appropriatur. |

Argumentum in oppositum non procedit nisi de ratione donandi passive in ordine ad donatum, et bene verum est quod illo modo solus Spiritus Sanctus, ut est donum, est ratio donandi cetera dona. Et praeter hoc etiam est ratio donandi illi active in ordine ad donantem, sed hoc non nisi in quantum est amor procedens, sicut patet ex iam dictis. |

QUAESTIO 10

UTRUM SPIRITUS SANCTUS DATUR UT DONUM A PATRE ET FILIO

Circa decimum arguitur quod Spiritus Sanctus non datur ut donum a Patre et Filio nec e converso. Primo sic. Sicut nemo dat aut potest dare quod non habet apud se, sic nemini datur aut potest dari id quod habet apud se. Quare cum Filius habeat apud se | Spiritum Sanctum quia procedendo ab ipso, et similiter Pater, et in divinis procedens semper est in eo a quo procedit non recedens ab illo. Spiritus Sanctus ergo nequaquam a Patre datur aut potest dari Filio, nec e converso.

Secundo sic. Id quod datur alicui, non habetur ab illo cui datur si non detur eidem, quia de illo quod quis | habet ex alterius dono, potest dici illud APOSTOLI I^{ae} < Ad > Corinthios 3^o: «*quid habes quod non accepist?*». Si ergo Spiritus Sanctus a Patre daretur | Filio et e converso, neuter haberet in se Spiritum Sanctum si non ab utroque utriusque daretur. Consequens falsum est, quia Filius et similiter Pater haberent in se Spiritum Sanctum ex actu procedendi illius de substantia illorum, sicut Pater habet in se Filium manentem ex actu generationis eius de sua substantia, non autem ex alicuius dono. Ergo etc.

20 Tertio sic. Si a Patre datur ut donum Filio Spiritus Sanctus aut e
 converso, aut ergo datur Spiritus Sanctus iam existens vel non iam
 existens sive iam non existens. Non secundo modo, quia sicut nemo
 potest dare quod non habet, sic nihil potest dari quod non iam existit. Si
 25 ergo dicto modo datur Spiritus Sanctus, oportet quod detur iam existens
 ut possit dari. Quod si sic, cum Spiritus Sanctus processione existit, alia
 est actio qua mutuo datur a Patre et Filio et qua procedit ab utroque.
 Utraque autem est aeterna et intranea; quare cum non sit dare istud actio
 essentialis eo quod non convenit Spiritui Sancto quia non dat se ipsum
 Patri aut Filio, erit | ergo actio personalis et notionalis. Consequens
 30 falsum est, quia tunc non essent | solum duae actiones notionales,
 scilicet generare et spirare, et duae quasi passionis notionales, scilicet
 generari et spirari; sed etiam dare Spiritum Sanctum esset actio notionalis,
 et similiter dari esset quasi passio notionalis, et similiter actio notionalis
 esset recipere Spiritum Sanctum tam ex parte Patris quam ex parte
 35 Filii. Consequens falsum est, quia tunc essent plures notiones quam
 expositae, quod falsum est secundum sanctos et apud doctores. Ergo
 etc.

Scarp. 1147^bK" 138^b

Contra. Illud quod voluntate liberali ab uno in alterum procedit et
 per hoc habet esse illius, datur ab illo a quo sic procedit ut donum illi in
 40 quem procedit. In hoc enim consistit ratio dationis doni quae dicitur
 donatio. Spiritus Sanctus autem sic procedit a Patre in Filium, etiam
 secundum Graecos qui non ponunt ipsum procedere a Filio, sicut patet
 ex supra determinatis. Ergo etc. |

Bad. 185^{vi}

<SOLUTIO>

45 Dico iuxta processum ultimae rationis quod Spiritus Sanctus datur
 ut donum Filio a Patre et e converso, in hoc | videlicet quod ab utroque
 procedit liberali voluntate, non solum ut persona distincta ab illis a
 quibus procedit et in se subsistens, sed etiam cum hoc ut in alio exis-
 tens, ita quod actus procedendi, quo Spiritus Sanctus procedit, non
 50 solum terminatur ad Spiritum Sanctum ut ad personam quae producit,
 sed etiam ad personam in qua producit ut ad Filium in quantum |
 procedit a Patre in Filium et ad Patrem in quantum a Filio procedit in
 Patrem; ita quod licet unica productione sive processione aeterna
 Spiritus Sanctus procedat a Patre et Filio secundum superius determi-
 55 nata. Est tamen istam processionem dupliciter considerare. |

Q 101^{ib}B" 116^aBad. 185^{vi}

Uno scilicet modo ut ipsa est a Patre, alio autem modo ut ipsa est
 a Filio; sicut et unicam substantiam deitatis est considerare ut est Patris

	et similiter ut est Filii, et aliquid aliter attribuitur ei ut est Patris quam ut est Filii, ut patet ex superius determinatis. Et utroque modo est processio-	
Scarp. 1148 ^a	tionem illam considerare dupliciter: uno scilicet modo ut est terminata	60
S' 239 ^{ab}	ad personam Spiritus Sancti subsistentem secundum se; alio modo ut	
Bad. 186 ^{rl}	quando ulterius progreditur et terminatur ad personam in qua Spiritus	
I' 325 ^{ab}	Sanctus producitur. Et hoc ad modum quo gratiae creatio in anima	
	consideratur, uno modo ut terminatur ad ipsam gratiam de non-esse in	65
	esse productam; alio modo ut mediante gratia per hoc quod producitur	
	in anima terminatur quoquo modo in animam. Et primo modo proces-	
	sio Spiritus Sancti considerata proprie dicitur productio a voluntate	
	libera naturali, sicut productio gratiae de non-esse in esse dicitur creatio.	
	Secundo autem modo considerata proprie dicitur datio sive donatio a	70
	voluntate liberali, sicut et productio gratiae in anima proprie dicitur	
	datio sive donatio. Et tam productio Spiritus Sancti quam donatio	
	communiter dicitur processio, sicut tam creatio gratiae quam eius dona-	
	tio communiter dicitur processio qua Spiritus Sanctus procedit in dono	
K" 139 ^a	suo in creaturam. Sed processio Spiritus Sancti secundum se ipsum	75
	utroque illorum modorum aeterna est, et una et eadem actio secundum	
	rem differens sola ratione. Processio autem eius in dono suo utroque	
	illorum modorum est temporalis. Differt autem secundum rationem	
	processio Spiritus Sancti secundum se ipsam utroque dictorum modo-	
Bad. 186 ^{rk}	rum tam ex parte terminorum tam ex parte procedentis.	
	Primo enim modo processionis terminus est ipse Spiritus Sanctus	80
	procedens; secundo autem modo terminus est ille in quem procedit.	
	Item, primo modo processionis procedit ipse Spiritus Sanctus proprie ut	
	est Spiritus et persona in se subsistens. Secundo autem modo procedit	
	proprie ut est amor duos inter se connectens. Pater enim spirando	85
	Spiritum Sanctum in Filium dat ipsum Filio ut amorem suum quo illum	
	diligit; et hoc aeternaliter eodem actu quo ipsum spirat tam in ordine ad	
	illum qui ipsum dat quam in ordine ad illum cui datur. Ipsum enim	
	Spiritum Sanctum dari Filio non est aliud quam ipsum spirari in Filium,	
	et similiter Patrem dare Spiritum Sanctum Filio non est aliud quam	90
	ipsum spirare in Filium. Et differunt sola ratione et ordine atque relati-	
	one, quia spirare et spirari simpliciter solummodo dicunt ordinem	
	realem et relationem inter spirantem et spiratum, et spirari in Filium vel	
	in Patrem mediante spirato dicunt ordinem rationis inter spirantem	
B" 116 ^b	atque dantem Spiritum Sanctum et illum in quem spiratur sive accip-	95
	ientem cui datur; et similiter inter Spiritum Sanctum ut est donum et	
	illum qui illum dat et similiter cui datur.	
Scarp. 1148 ^b	Et est undique relatio rationalis in quo differt ista datio a	
Q 101 ^{va}	datatione quae datur ut donum a Patre et Filio creaturae intellectuali	

- temporaliter. Illa enim datio in ordine ad illum cui datur | ut est activa
 100 in dante relationem importat solummodo secundum rationem, sed
 aeternam et novam determinationem quando secundum actum dat ut
 est eadem secundum rem cum processione aeterna qua procedit et
 spiratur ille cui datur. Ut vero est illa datio passiva et receptio quaedam
 105 in eo cui datur in ordine ad dantem temporalis est, et secundum rem alia
 processio ab illa qua procedit aeternaliter a dante et fundatur in illa
 relatio realis quae est in recipiente in ordine ad dantem et similiter in
 ipso ordine ad ipsum donum. Recipitur enim vera transmutatione reali
 temporaliter a recipiente licet detur absque omni transmutatione dantis
 et doni.
- 110 Et per hoc etiam ipsa processio Spiritus Sancti in creaturam, licet
 aeterna sit ut est processio et in ordine ad illos a quibus procedit,
 temporalis tamen est ut est receptio et in ordine ad illud in quod proce-
 dit, et fundatur secundum eam | relatio realis in eo in quem procedit ad
 115 illos a quibus procedit, et similiter ad ipsum donum quod procedit et est
 nova relatio secundum eum, fundatur autem secundum eam relatio
 secundum rationem tantum in illis a quibus procedit. Et similiter in ipso
 dono ad illud in quod procedit, quae tamen est aeterna, licet novam
 recipiat denominationem | sicut et quaelibet relatio Dei ad creaturam,
 120 ex parte Dei secundum rationem est, licet aeterna et solummodo novam
 sortitur denominationem, cum tamen e converso ex parte creaturae sit
 temporalis et secundum rem, secundum quod hoc alibi latius declaravi-
 mus. Illa autem datio quae pertinet ad dationem Spiritus Sancti creaturae
 inferius exponenda est, nec de ipsa pertinet aliquid ad propositum. |
- 125 De ista autem datione qua datur Filio a Patre vel e converso
 quoad relationes quae circa ipsam considerantur est advertendum quod
 respectus et relatio in hoc conveniunt et differunt quod non est respec-
 tus sine relatione nec e converso. Omnis etiam relatio est respectus
 quidam sed non e converso, puta dextrum in animali relatio est ad
 130 sinistrum in eodem et respectus ad illud sive respectum est habens ad
 illud. Dextrum autem in animali respectum habet ad columnam quae ita
 est a dextris ipsius animalis | et per hoc est sinistra animali, et est
 sinistrum in columna relatio secundum rationem ad dextrum in animali
 et respectus ad illud secundum rationem fundatus in relatione secundum
 135 rationem, cum e converso respectus in animali ad columnam sit respec-
 tus secundum rationem fundatus cum in relatione secundum rem quae
 est dextrum in animali quam habet non ad sinistrum columnae ad quod
 non habet relationem neque respectum nisi secundum rationem, sed ad
 sinistrum animalis ad quod etiam habet | respectum secundum rem. Et
 secundum hoc omnis relatio secundum rem sit respectus secundum rem

E' 124^{ra}I' 326^{ra}K" 139^{rb}Bad. 186^{rl}B" 116^{va}
S' 239^{va}Scarp. 1149^a

	in ordine ad illud ad quod refertur secundum rem et e converso. Et similiter omnis relatio secundum rationem sic est respectus secundum rationem ad illud ad quod refertur secundum rationem et e converso. Relatio etiam secundum rem bene habet in se respectum secundum rationem fundatum in illa in ordine ad illud ad quod refertur secundum rationem propter scilicet respectum secundum rationem fundatum in illa ut in dextris animalis fundatur respectus secundum rationem ad sinistrum columnae propter illum respectum. Et per hunc modum quo omnis relatio inter animal et columnam secundum dextrum et sinistrum ortum habet a dextro quod secundum rem est in animali, quia scilicet in dextro animalis fundatur respectus secundum rationem ad columnam per quod columna secundum rationem est sinistra animali.	140 145
Bad. 186 ^{rM}		
	Dico quod omnis relatio inter donum quod est Spiritus Sanctus et donantem et illum cui donatur et illorum per consequens inter se, ortum habet a relatione quae secundum rem est in dono quod est Spiritus Sanctus, quia scilicet in illa fundatur respectus quo Spiritus Sanctus donum est et respicit donantem et illum cui donatur et est respectus secundum rationem a quo habet ad illos relationem secundum rationem et illi etiam inter se, et hoc sive consideretur ut donum datum creaturae a divinis personis sive uni personae divinae ab alia. Et per hunc modum est respectus verbi ad ea quae dicuntur verbo et similiter ad dicentem verbo et dicentis verbo ad dictum verbo inter se secundum rationem, fundatur in relatione reali qua est Verbum dictum a Patre.	155 160
Q 101 ^{vb}		
Bad. 186 ^{vM}		
K" 139 ^{va}		
I' 326 ^{tb}	Ex quo patet magna differentia inter Verbum et donum. Verbum enim quod est Filius eo quod est Verbum respectum realem importat ad dicentem Verbum et respectum rationalem ad dicentes Verbo et similiter ad dicta Verbo. Donum autem quod est Spiritus Sanctus, eo quod donum est, nullum respectum realem importat ad dantem ipsum neque ad illum vel illud cui datur, sed secundum rationem tantum, quae tamen propria est Spiritui Sancto sicut proprium est soli Filio non tantum quod sit Verbum quod dicitur sed etiam quod sit Verbum quo singula dicuntur.	165 170
Bad. 186 ^{vN}		

<AD ARGUMENTA>

B" 116 ^{vb}	Quod arguitur primo contra iam determinata quod « <i>Spiritus Sanctus non datur ut donum a Patre Filio nec e converso</i> , quia tam Filius quam Pater habent <i>Spiritum Sanctum apud se in eo</i> quod ab ipsis <i>procedit</i> », dico quod habens aliquid in se sive apud se, uno modo bene etiam potest illud recipere et habere ab alio alio modo, et sic recipit quod habet, sed	175
Scarp. 1149 ^b		

modo alio quam quo habet illud, sicut aliquis qui habet aliquid uno
 modo sed non habet illud alio modo, puta: qui habet alicuius rei posses-
 180 sionem et non proprietatem, potest illam dare quoad possessionem,
 nequaquam autem quoad proprietatem. Unde Filius licet habeat Spiritum
 Sanctum eo quod ab ipso procedit non recedendo, ut procedit
 argumentum, quia tamen ut amor etiam procedit a Patre in Filium
 secundum superius determinata, ideo ut procedit a Patre bene a Patre
 185 datur Filio et Filius eum recipit a Patre. Et sic eum habet alio modo a
 Patre quam a se quia a se habet ipsum, et per hoc quod a se procedit
 subsistens in eo. A Patre autem habet ipsum per hoc quod a Patre
 procedit in ipsum ut in amatum ab eodem procedente. Et sic sicut nemo
 potest dare quod nullo modo habet, bene potest tamen dare uno modo
 190 quod non habet alio modo, sic nemo potest accipere ab alio id quod
 habet a se secundum omnem modum quo natum | est haberi, potest
 tamen bene accipere ab alio secundum unum modum id quod habet a se
 secundum alium modum. Et sic Filius, Spiritum Sanctum quem habet in
 se ut est persona subsistens per hoc quod ab ipso procedit, bene habet
 195 etiam a Patre ut ille est amor connectens per hoc quod procedit a Patre
 secundum determinata, sic etiam e converso contingit habere scilicet a
 se et etiam a Filio. |

E' 124^{rb}Bad. 186^{vo}

Per hoc patet responsio ad secundum quo dicitur «*id quod datur
 alicui non habetur ab illo cui datur si non detur eidem*» etc., dico quod verum
 200 est, si daretur illi omni modo quo natum est haberi, quia ut procedit
 argumentum ulterius «*de eo quod habet quis ex alterius dono — quoad mo-
 dum quo habet illud ex dono — potest dici quid habes quod non | accepisti?*».
 Sed quando aliquid datur tantum secundum modum unum habendi
 quod etiam est haberi secundum alium modum habendi, bene potest
 205 illud ab aliquo haberi ex se ipso et etiam ex alterius dono, ut contingit in
 proposito secundum iam dicta de Spiritu Sancto. De quo verum est
 dicere tam ex parte Filii quam ex parte Patris quod uterque illorum
 habet ab illo uno modo illum quem non accepit, sed ex se habuit alio
 modo. Sed secus est de divina substantia habita in Filio | a Patre per
 210 generationem et in Spiritu Sancto ab utroque per spirationem, quia
 Filius secundum nullum modum habendi quo divina substantia nata est
 haberi aliunde quam a Patre; similiter nec Spiritus Sanctus aliunde quam
 a Patre et Filio. Propter quod de divina substantia ex parte Filii | et
 Spiritus Sancti potest dici «*quid habes quod non accepisti?*», quia nullo modo
 215 ex se habent divinam substantiam sed ab alio, non ex dono sed ex |
 naturali processione. |

K" 139^{vb}B" 117^a
S' 239^{vb}Q 102^aScarp. 1150^aI' 326^{va}Bad. 186^{vp}

Ad tertium «*si Spiritus Sanctus detur ut donum Filio a Patre, aut ergo
 datur ut iam existens vel ut non-existens*», dico quod cum ista interrogatio

	implicet ordinem quendam existentiae, dati ad actum dationis, ordo iste potest intelligi fore durationis vel naturae. Si primo modo, dico quod neutra pars disiunctionis concedenda est, quia Spiritus <Sanctus> datur a Patre Filio aut e converso neque ut iam existens priusquam detur neque ut prius non-existens. Non primo modo, quia et existit procedendo ab aeterno a Patre et similiter datur Filio et e converso, et sic datur ut numquam praeexistens. Neque secundo modo, quia ut procedit argumentum, Spiritus Sanctus numquam fuit non-existens, et sic non datur ut prius quem detur non-existens et simul cum eo quod datur accipiendo existere. Sed secundo modo dico quod Spiritus Sanctus datur, non ut iam in dando non-existens, sed ut in dando existens ita quod simul duratione sint existere eius secundum esse personale et subsistentiae a Patre et Filio, et datio eius Filio a Patre et Patri a Filio; sed ordine quodam naturae existentia illius est primum, et dari eiusdem secundum. Et per hunc modum Spiritus Sanctus, si debeat dari, existit primo, ut possit dari secundo.	220
Bad. 186 ^v □	Et quod tunc ulterius arguitur quod « <i>si ita est, alia ergo est actio qua Spiritus Sanctus mutuo datur Filio a Patre et e converso et qua procedit ab utroque</i> », dico quod secundum iam dicta Spiritum Sanctum procedere a Patre et Filio ut est persona subsistens, revera ordine quodam naturae primum est. Et ipsum procedere in Filium a Patre vel e converso ut donum quod est dare ipsum, est secundum. Licet enim eadem processio utrobique sit secundum rem, differt tamen secundum rationem sicut differunt secundum rationem productio Spiritus Sancti secundum se, et productio eius in Filio a Patre vel e converso. Et est ordine naturae ratio processionis Spiritus Sancti prima respectu rationis processionis eiusdem in alterutrum illum. Spiritus Sanctus enim a Patre procedit quasi accipiendo esse, licet non post non esse neque duratione neque natura.	225
Scarp. 1150 ^b	Ab eodem autem procedit quasi ulterius in Filium ut iam habens esse. Revera ergo, ut procedit obiectio, « <i>alia est actio qua Spiritus Sanctus mutuo datur Filio a Patre et qua procedit ab utroque</i> », sed secundum rationem tantum. Propter quod non sequitur ulterius quod dare Spiritum et spirare ipsum sint duae actiones notionales nisi secundum rationem tantum, et similiter dari et spirari quod nullum est inconveniens, quemadmodum Verbum et Filius sunt duae relationes notionales differentes secundum rationem tantum.	230
Bad. 187 ^v □		
K" 140 ^a		
Bad. 187 ^r R		
B" 117 ^b		
Bad. 187 ^s Scarp. 1151		

ARTICULUS LXII

**DE PROPRIETATIBUS QUAE PERTINENT IN DIVINIS AD
RELATIONES COMMUNES QUAE CONSEQUUNTUR DIVINAS
PERSONAS DISTINCTAS ET IN ESSE CONSTITUTAS, CUIUS-
MODI SUNT IDENTITAS, AEQUALITAS ET SIMILITUDO**

5

Expedito hucusque a LIII^o articulo de pertinentibus in divinis ad relationes proprias et notionales quibus personae distinguuntur aut etiam constituuntur, sequitur de illis quae pertinent in eisdem ad relationes communes quae consequuntur divinas personas distinctas et in esse constitutas, cuiusmodi sunt identitas, aequalitas et similitudo, quarum contraria sunt diversitas, inaequalitas et dissimilitudo quae nequaquam in divinis reperiuntur. Et quia plerumque contrarium iuxta contrarium clarius illucescit, et ut dicit RICARDUS I^o De Trinitate cap.^o 10^o: «*In natura creata legimus quod de natura | increata pensare | vel aestimare debemus*», et ideo paulo altius proposito ordiendo materiam de relationibus communibus secundum tres contrariedades quae sunt identitas et diversitas, aequalitas et inaequalitas, similitudo et dissimilitudo, in quibuscumque inveniantur, intentum nostrum prosequimur — principaliter tamen quoad identitatem, aequalitatem et similitudinem, ut habent esse in divinis, et ad ampliorem intellectum illorum ut habent esse in divinis specialiter, generaliter ut etiam habent esse in | creaturis; et primo in generali prout habent esse communiter in Deo et in creaturis, deinde specialiter prout habent esse in Deo. Et circa primum: primo de ipsis generibus relationum communium secundum se et absolute; secundo de eisdem in comparatione. Et circa primum istorum quattuor: primum est utrum sint aliquae relationes communes; secundum utrum sint plures secundum genera; tertium utrum | sint tantum tres; quartum utrum omnes sint relationes secundum rem vel secundum rationem. |

10

15

20

25

I' 326^{vb}
Q 102^{rb}E' 124^{va}S' 240^a
Bad. 187^{ra}
Scarp. 1151^a

QUAESTIO 1

UTRUM IN DIVINIS SINT ALIQUAE RELATIONES COMMUNES

Circa primum arguitur quod non sit aliqua relatio communis. Primo sic generaliter tam in divinis quam in creaturis. Sicut non dicitur relatio propria nisi quia solum uni relatorum convenit, puta paternitas in divinis soli Patri, et filiatio soli Filio, et universaliter illae quae sunt in activis et passivis, sic non dicitur | relatio communis nisi quia | conve-

5

Scarp. 1151^b
K" 140^o

nit utrique extremorum relatorum inter se. Sed non est aliqua relatio talis neque in divinis neque in creaturis, quia tam in his quam in illis relationis esse est ad aliud se habere; nec est relatio nisi inter relative opposita. Talia autem non sunt aliquibus communia; contraria enim et universaliter opposita non sunt simul in eisdem. Ergo etc. 10

Secundo sic. Cum *opposita* nata sint *ferri circa idem*, commune autem opponitur | proprio. Si ergo sunt relationes communes in Deo aut in creaturis, opponuntur propriis relationibus in eisdem. Hoc autem falsum est, quia in divinis relationes proprie non opponuntur nisi inter se tantum. Similiter in creaturis non sunt relationes proprie, si quae sunt, nisi in activis et passivis et in mensuris, quae non opponuntur nisi inter se. Ergo etc. 15

Idem arguitur tertio sed specialiter in divinis. Primo sic. Secundum DAMASCENUM I^o Sententiarum suarum cap.^o 2^o et 11^o: «*Pater et Filius et Spiritus Sanctus secundum omnia sunt unum praeter generationem, ingenerationem et processionem*». Sed relationes communes, si quae sunt in divinis, sunt praeter generationem, ingenerationem et processionem, quia istae non sunt communes sed propriae secundum rationem principii aut principiati. Sunt etiam praeter | illud unum, tum quia illud est substantia et substantia non est relatio, tum quia secundum relationem ipsa relata non sunt unum, sed potius alia et alia; quia, ut iam dictum est, relationis esse est ad aliud se habere. Ergo etc. 20
25

Quarto sic. In dicto cap.^o 11^o dicit DAMASCENUS: in omnibus creaturis communitas sive quod commune est «*ratione consideratur*». «*In supersubstantiali autem Trinitate e contrario est; illic enim commune et unum re consideratur*». Sed relationes communes re non possunt considerari in divinis, quia in divinis nihil potest considerari re nisi substantia, quae est res una absoluta et non relatio, sicut dictum est. Et tres personae, quae sunt tres res subsistentes relative et quattuor relationes reales, quarum nulla est communis tribus personis. Ergo etc. 30
35

Quinto sic. Quaelibet relatio communis habet aliam relationem communem sibi contrariam | et oppositam, puta in creaturis identitas diversitatem, aequalitas inaequalitatem, similitudo dissimilitudinem. Nunc autem ita est de oppositis et contrariis quod nata sunt esse circa idem. Quare, cum tales contrarietates relationum | communium | nullo modo natae sint esse circa Deum, quia in ipso nulla cadit diversitas, nulla inaequalitas, nulla dissimilitudo, ut infra videbitur. Ergo etc. 40

Contrarium arguitur primo communiter tam in Deo quam in creaturis sic. Relatio, quae eodem nomine et eadem ratione denominat utrumque relatorum et secundum idipsum convenit esse in illis, est relatio communis; in hoc enim consistit ratio communis. Talis relatio 45

Scarp. 1152^aB" 117^{ab}Q 102^{va}Bad. 187^{va}
I' 327^a

50 habet | esse tam in divinis quam in creaturis, ut infra patebit de identi- K" 140^{va}
tate, aequalitate et similitudine. Ergo etc.

Secundo arguitur idem specialiter in | divinis sic. Secundum Scarp. 1152^b
PHILOSOPHUM I^o E t h i c o r u m : «quanto aliquid est communius tanto
est *divinius*, nobilius atque dignius»; et ideo tanto etiam magis Deo
convenit et eidem attribuendum est secundum superius determinata.

55 Quare, cum in divinis sint relationes propriae quales inveniuntur in
creaturis, multo fortius ergo et in eis sunt aliquae communes. | Bad. 187^{vB}

<SOLUTIO

ART. 1: QUARE ET QUAE RELATIO DICITUR COMMUNIS>

Hic oportet primo videre quare et quae relatio dicitur communis;
60 secundo unde habet quod sit communis et ex quibus; tertio concludetur
intentum. De primo advertendum est quod relatio dicitur communis
quae secundum idem nomen et eandem rem et eadem ratione relatis per
ipsam convenit; et haec est ratio quare dicitur communis. Unde PHILO-
SOPHUS, V^o M e t a p h y s i c a e , loquens de relationibus communibus
65 dicit quod «*aequale, simile et idem omnia dicuntur secundum eundem modum*»
quia referuntur ad unum quod tamquam ad causam. Quod exponens
COMMENTATOR dicit ibidem sic: «*proprium est istis tribus generibus relativo-
rum quod proportio in eis est eadem in utroque extremo. Similium enim utrumque
simile, et similiter aequalia. Et hoc intendebat cum dixit:*» — quia referuntur ad
70 unum, id est — «*quia conveniunt in aliquo, et e contrario in aliis speciebus
relationis*», scilicet secundum potentias et mensurationes. Et intellige de
contrariis eorum quod | dictum est de eodem, aequali et simili, quia
diversorum utrumque diversum est, et inaequalium utrumque est
B" 118^{ra}
inaequale, et dissimilium utrumque dissimile est, quae sunt tres contrari-
75 etates secundum tria | genera relationum communium, ut infra patebit.
Et sumit ibi COMMENTATOR proportionem eandem pro conformi
habitudine extremorum ad invicem et mutua. Et hoc, ut dicit, «*intendebat
ARISTOTELES cum dixit "quia referuntur ad unum", id est secundum
COMMENTATOREM, «quia conveniunt in aliquo, e contra in aliis speciebus
80 relationis*».

Conveniunt autem in uno, et hoc vel in speciali, ut ubi sub com-
muni habitudine et conformi, nulla continetur habitudo difformis,

S' 240^b

E' 124 ^{vb}	<p>utputa sub identitate, aequalitate et similitudine omnis habitudo contenta est conformis; qualis enim est habitudo unius extremi ad alterum, talis est e converso; vel in generali, ut si sub communi habitudine conformi continentur habitudines difformes, prout sub inaequalitate, quae sub ratione et nomine inaequalitatis est relatio communis (inaequalium enim utrumque est inaequale), continentur habitudines sic difformes, ut scilicet alterius modi sit habitudo unius extremorum ad alterum, alterius vero e converso. Cum enim duo et quattuor sunt inaequalia, et</p>	85
Q 102 ^{vb} K" 140 ^{vb} Scarp. 1153 ^a	<p>utrumque eorum est et dicitur inaequale alteri, tamen, quia secundum PHILOSOPHUM X^o Metaphysicae, inaequale continet maius et minus, unum eorum, puta quattuor, est inaequale duplum, alterum vero, puta duo, est inaequale subduplum. Et sic, licet sit eadem habitudo inaequalitatis in generali illorum ad invicem, tamen est alia et alia habitudo in speciali qua unum dicitur ad aliud habitudine dupli ad subduplum; alterum autem e converso habitudine subdupli ad duplum.</p>	90
I' 327 ^{vb}	<p>Dicuntur tamen haec omnia relata relatione communi, et hoc propter habitudinem communem et generalem sub nomine inaequalis, sub quo ambo continentur, scilicet duplum tamquam maius et subduplum tamquam minus. Et sic de ceteris habitudinibus diversis contentis sub inaequali et similiter de contentis sub diverso et dissimili. Et propter talem conformitatem relationum communium in nomine, relationes communes appellari possunt relationes consimilium nominum. Et hoc ad differentiam relationum in activis et passivis atque in mensuris, quae semper sunt dissimilium nominum, licet non solum propter nominum communionem dicantur relationes communes, sed potius propter communionem rationis et rei super quam fundantur, ut iam dicitur. </p>	95
Bad. 187 ^{vc}	<p>Sed ista communio nominum in genere talium relationum semper invenitur, non autem semper in speciebus in quo ALIQUI errabant dicentes quod duplum, subduplum, multiplex, submultiplex, et huiusmodi relationes, non continentur sub genere relationum communium,</p>	100
B" 118 ^{vb}	<p>quia non sunt eorundem nominum. Distinguebant enim relationes omnes in relationes nominum dissimilium et nominum similium. Et dicebant quod, secundum PHILOSOPHUM V^o Metaphysicae, relationes dissimilium nominum ad tria genera relationum reducuntur, scilicet ad relationes modo numeri et secundum potentiam et secundum mensuram, quia in istis utrumque relatorum non simpliciter induit idem nomen. Nam mensura et mensuratum, agens et actum, duplum et subduplum, non penitus idem nomen habent. Et, ut dicunt, similiter ad tria genera reducuntur relata similium nominum. Nam, ut dicunt, talia relata secundum unitatem accipiuntur. Unitas autem tripliciter accipitur, scilicet in substantia, in quantitate, in qualitate; et secundum hoc tres</p>	110
		115
		120

- 125 sunt relationes similium nominum. Quia, secundum PHILOSOPHUM V^o
Metaphysicae: «*unum in substantia facit idem, unum in quantitate facit*
aequale, unum in qualitate facit simile». | Bad. 187^{vd}
- Sed non est omnino ita ut dicunt; nec intelligunt mentem ARIS-
 TOTELIS distinguentis tres modos relationum in V^o *Metaphysicae*,
 et sub uno illorum modorum comprehendentis idem, aequale et simile.
- 130 Unde dicit ibidem expresse: | «*aequale, idem et simile dicuntur secundum unum*
modum». Et quia contraria sunt sub eodem genere, secundum eundem in
 X^o *Metaphysicae*, modi | autem relationum vocantur relationum
 genera, sub eodem ergo modo relationis cum illis tribus continentur
 eorum contraria, scilicet diversum, inaequale et dissimile. Et sunt omnia
 135 haec relata similium nominum et relationes communes, et sic totum
 genus relationis est relationum communium sive similium nominum et
 non aliarum et est omnium talium contentivum. Et sic | relata commu-
 nium nominum non solum accipiuntur secundum unitatem sive secun-
 dum unum, ut ILLI putant, sed etiam secundum multum. Constat autem
 140 quod, hoc non obstante, duplum et dimidium et cetera talia, quae
 dicuntur modo numeri, continentur sub inaequali quod est nomen
 unum commune eis quo invicem referuntur in genere, licet sub diversis
 nominibus referuntur speciebus. Et sic sub eodem | modo relationum
 communium | et consimilium nominum continentur idem et diversum,
 145 simile et dissimile, aequale et inaequale. Nec faciunt relationes illae, quae
 sunt dissimilium rationum in suis speciebus, unum modum relationis
 per se, quia licet sint dissimilium nominum in suis speciebus, sunt tamen
 similium nominum in suo genere et in nomine sui generis, sicut duplum
 et subduplum sub nomine inaequalis. Quod non contingit potius in
 150 inaequali quam in aequali nisi propter maiorem diversitatem quantita-
 tum in quibus fundatur inaequalitas quam sit illorum in quibus fundatur
 | aequalitas; aut etiam qualitatatum in quibus fundantur similitudo et
 dissimilitudo, et substantiarum in quibus fundantur idem et diversum. |
 I' 327^{va}
 B" 118^{va}
- Hinc, super illud BOETHII, I^o De Trinitate cap.^o 14^o: «*omne*
 155 *aequale aequali aequale et simile simili simile est*», dicit COMMENTATOR: «*quae*
videlicet eiusdem nominis sunt relationes. Ipsae quoque quantitates et qualitates
secundum quas ea, in quibus sunt, aequalia sunt atque similia, etsi illa proprietate
qua subiectorum suorum altera quidem huius, altera vero illius propriae sunt,
diversae intelliguntur, non tamen adeo diversae sicut dupli et dimidii et ceterorum
 160 *inaequalium quantitates*». Et ita licet duplum et subduplum non sunt
 eorundem nominum neque habitudinum in speciali, quia tamen sunt
 eorundem nominum et earundem habitudinum in generali, et hoc
 quando reducuntur ad inaequale, ideo omnia illa pertinent ad genus
 relationum communium, et | distinguuntur communiter contra relatio-
 E' 125^{ra}

Bad. 188^E nes in activis et in mensuris quae semper sunt diversarum habitudinum et diversorum nominum, de quarum distinctione erit sermo inferius. | 165

<SOLUTIO

ART. 2: UNDE HABET UT RELATIO SIT COMMUNIS>

Scarp. 1154^a De secundo notandum est quod quaecumque habent communio-
nem in aliquo uno | absoluto, sive re sint diversa sive ratione tantum, 170
K" 141^b secundum rationem communicandi illud necessario habent habitudinem
communem et | conformem inter se, puta quicumque habent commu-
nionem in eadem mercatura, secundum rationem communicandi illam
habent ambo ad invicem habitudinem communem et conformem
mutuam qua dicuntur socii. Et qui habent communionem in eadem 175
voluntate concordi, secundum rationem communicandi illam, ambo
habent ad invicem mutuo habitudinem communem et conformem qua
dicuntur amici. Et qui habent communionem in cohabitando eundem
locum communem de propinquo, secundum rationem communicandi
illum ambo habent ad invicem mutuo habitudinem communem et 180
conformem qua dicuntur vicini.

Talis autem habitudo communis relatio communis est, quae in
hoc quod conformis est nomine et ratione in utroque extremorum,
differt a relationibus in activis et passivis, dicente AUGUSTINO, V^o De
Trinitate cap.^o 6^o: «*non sic ad se dicuntur Pater et Filius, quomodo amici aut* 185
vicini». Relative quippe dicitur 'amicus' ad amicum, etsi aequaliter se
diligant, eadem in utroque, id est aequalis amicitia est. Et relative 'vici-
nus' dicitur ad vicinum, et quia aequaliter sibi vicini sunt – quantum
enim iste illi, in tantum et ille huic vicinatur – eadem in utroque vicini-
tas. 190

<SOLUTIO

ART. 3. INTENTUM CONCLUDETUR>

Ex dictis duobus concludens tertium et intentum, dico quod
postquam communicare eodem aliquo absoluto contingit et in divinis et 195
in creaturis, prout inferius declarabitur, ponendum est quod tam in Deo
quam in creaturis sit relatio communis, scilicet communicantibus illam
rem secundum quam habent inter se huiusmodi relationem, secundum
quam processit ratio penultima quae | concedenda | est. Quod et
B" 118^b
Q 103^b multum congruit dignitati divinarum personarum, ut inferius declarabi-

200 tur, secundum quod processit ultima ratio quae idcirco etiam concedenda est. |

Bad. 188^f

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «nulla est *relatio communis quia* non est relatio nisi *ad aliud* et ad oppositum», dico quod non dicitur relatio
 205 communis, quasi communis et eadem sit numero re et ratione in extremis relative oppositis; quoniam in extremis semper est alia et alia re vel ratione, ut infra declarabitur. Sicut est etiam ipsa res absoluta super quam fundatur relatio communis est alia et alia re vel ratione, ut similiter inferius declarabitur, per quod contingit quod | relata habent oppositio-
 210 nem inter se. Sed nihilominus dicitur relatio communis, quia est diversorum extremorum relatorum mutuo ad invicem secundum unum nomen et unam rationem et unam rem super quam fundatur. Unde, | etsi sit relatio aliqua diversorum extremorum secundum unum nomen et unam rationem et unam rem fundamenti, non tamen ex hoc dicitur relatio
 215 communis nisi sit mutuo ad invicem relatorum secundum idem nomen, ut cum in creaturis diversi sint patres et diversi filii, et | tam in creaturis quam in divinis est identitas uniuscuiusque ad se ipsum, et cum in divinis spiratio activa sit communis relatio Patris et Filii, et sint diversa relata secundum unum nomen et unam rationem et unam rem funda-
 220 menti, quia tamen non est relatio eorum mutua ad invicem | secundum idem nomen, non enim est pater ad patrem aut filius ad filium in creaturis, neque aliquod eorum quorum quodlibet est idem sibi ipsi reciproce, est ad alterum mutuo re transitive, et hoc tali modo identitatis quo singulum eorum est idem sibi. Neque etiam communi spiratione dicitur
 225 Pater ad Filium, idcirco ergo non est paternitas duorum patrum, neque fraternitas duorum fratrum, aut identitas duorum reciproca, aut spiratio activa relationis, qualiter illa est communis de qua ad praesens loquimur.

l' 327^b

Scarp. 1154^b

K" 141^{va}

S' 240^{vb}

Similiter etiam licet oppositorum in quolibet genere oppositionis sub eodem nomine utrumque alteri dicitur oppositum, quia tamen
 230 secundum aliam et aliam rationem rei singulum dicitur oppositum, non propter illam identitatem nominis dicitur oppositio relatio | communis. Cum enim est oppositio contrariorum, puta albi et nigri, unum est oppositum albedine, alterum vero nigredine. Similiter cum est oppositio privativorum, unum est oppositum habitu, alterum vero carentia habi-
 235 tus. Similiter in contradictoriis unum est oppositum affirmatione, alterum vero negatione. Et in relative oppositis ut sunt pater et filius, unum est oppositum paternitate, alterum filiatione; et oppositio in uno non

Bad. 188^{vf}

- importat aliam relationem secundum rem quam paternitatem et in alio non aliam quam filiationem. Ita quod universaliter in relatione, quae est oppositio, nihil est commune extremis oppositis in nomine oppositionis nisi vox sola. Propter hoc relatio importata nomine oppositionis non pertinet ad relationes communes. | 240
- Bad. 188^{CG}
Bⁿ 119^{ra} Quod arguitur secundo | quod «*commune non opponitur nisi proprio*», dico quod verum est quando oppositio alicuius consideratur ad aliquid extra se, sicut semper consideratur in absolutis. Non autem est verum quando consideratur ad aliquid intra se, scilicet inter illa quae sub ipso continentur, quemadmodum etiam relatio non semper est ad aliquid extra se, ut patet in generalissimo relationis, sed solum ad intra se, scilicet inter illa quae sub ipso continentur. Et secundum hunc modum relatio communis non habet oppositionem | nisi illorum quae continet intra se, ut quaelibet relatio communis identitatis, aequalitatis | et similitudinis, continet plures identitates, aequalitates et similitudines inter se oppositas secundum oppositionem relativam. Secundum contrarietatem vero ad relationes communes diversitatis, inaequalitatis | et dissimilitudinis, et quaelibet illarum continet opposita relative inter se; sed omnes pertinent ad relationes communes vel in specie vel in genere, sicut dictum est de duplo et dimidio respectu inaequalis. | 250
- Scarp. 1155^a
Q 103^{va}
Eⁿ 125^{tb}
Kⁿ 141^{vb}
- Bad. 188^{CH}
Iⁿ 328^{ra} Ad tertium | quod «*in divinis omnia sunt unum praeter generationem, ingenerationem et spirationem*», dico quod verum est. Et quod assumitur quod «*communes relationes sunt praeter ista si sunt in divinis*», dico quod similiter verum est. Sed quod assumitur quod «sunt praeter communem substantiam quae est illud unum in divinis», dico quod non est verum, quia ibi sumitur substantia large, extendendo scilicet illam ad omne id quod in divinis convenit communiter tribus personis ratione substantiae, sive ut substantia est, sive ut quantitas est, sive ut qualitas est. Quamvis igitur communis relatio in divinis non sit illud unum quod est substantia, quia «*substantia non est relatio*» ut procedit argumentum, est tamen in personis in quibus substantia est communicata, et ratione ipsius per quod reducitur ad unitatem substantiae. | 255
- Bad. 188^{VI}
Per idem patet ad quartum dicendo quod «*commune in divinis non consideratur nisi re*», dico quod verum est. Sed hoc potest esse vel primo et principaliter, et sic non consideratur re commune in divinis nisi substantia absoluta; vel secundo et per reductionem ad illud unum re, et sic commune consideratum in divinis est relatio communis de qua loquimur, quia ipsa ab illo communi oritur, licet non ratione qua illud est unum re, sed potius ratione qua est unum et unum aliud scilicet et aliud ratione, prout inferius declarabitur. | 260
- Bad. 188^{KL}

- Ad quintum quod «relationes communes oppositae et contrariae non possunt esse circa Deum, quare nec relatio communis simpliciter, eo quod contraria *nata sunt fieri circa idem*», dico quod hoc ultimum solum verum est nisi alterum contrariorum naturaliter insit. Nunc autem divinis naturaliter insunt identitas, aequalitas et similitudo. | Propter quod non sequitur quod, licet opposita istorum non possunt inesse, quod ista non insint.
- 285 Est tamen advertendum quod aliter naturaliter insunt divinis illa tria quam alterum contrariorum naturaliter insit in rebus naturalibus. In istis enim naturalibus, quia sunt composita ex materia et forma, aliquid potest eis naturaliter inesse ratione formae et non ratione materiae, puta igni calidum, quia formam igneitatatis naturaliter | consequitur caliditas; nec compatitur secum frigiditatem, quemadmodum secum compatitur frigiditatem forma aquae. Materia autem ignis sicut est in potentia ad formam aquae vel terrae, sic est in potentia ad | frigiditatem. Quae quidem potentia duo dicit, scilicet carentiam formae et aptitudinem ad illam. In hoc enim differt privatio a negatione, secundum PHILOSOPHUM IV^o *Metaphysicae*, quod scilicet privatio ponit aptitudinem et est negatio non simpliciter sed circa subiectum determinatum. Negatio vero non dicit aptitudinem et est simpliciter circa omnia. Propter quod dicitur: «*de quolibet affirmatio vel negatio dicitur*». Non sic autem privatio aut habitus.
- 290 Nunc autem in Deo ubi est forma tantum quam | naturaliter consequitur alterum contrariorum, sic est carentia alterius contrariorum quod in ipso nec est potentia nec aptitudo ad illud. Et sic in Deo privatio alicuius est carentia illius quae proprie est negatio, non autem privatio. Propter quod bene potest esse relatio aliqua communis in divinis, licet contrarium eius non possit esse in illis. Immo ex hoc verissime inest Deo, puta identitas, aequalitas aut | similitudo, quia contrarium eius puta diversitas, inaequalitas aut dissimilitudo, nullo modo potest ei inesse, ut inferius amplius declarabitur. |

Scarp. 1155^bB" 119^oS' 241^{ra}K" 142^{ra}Q 103^{vb}Bad. 188^{vl}
Scarp. 1156^a

UTRUM SINT PLURES RELATIONES COMMUNES SECUNDUM GENERA TAM
IN DIVINIS QUAM IN CREATURIS

Circa secundum arguitur quod non sit ponendum plures esse
 relationes communes nec in | divinis nec in creaturis sic. A cuius unitate
 secundum numerum in aliquibus aliqua dicuntur idem simpliciter, ab
 eius unitate secundum speciem dicuntur idem specie, et ab eius unitate
 secundum genus dicuntur idem genere, ut patet in praedicamento
 substantiae. Sed ab unitate numerali quantitatis et qualitatis dicuntur
 habentia illam inter se esse idem simpliciter, sicut et ab unitate numerali
 substantiae. Cuius probatio | est in divinis. Quia enim in illis tanta
 unitas numeralis est in quantitate et qualitate, quanta est unitas numera-
 lis in substantia, ideo non secundum rationem maioris unitatis referri
 debent inter se personae divinae secundum substantiam quam secun-
 dum quantitatem aut secundum qualitatem. Nunc autem secundum
 maiorem rationem unitatis referuntur ad invicem quae referuntur per
 identitatem quam quae referuntur per aequalitatem aut per similitudi-
 nem. Maioris enim unitatis est aliqua esse eadem quam aequalia aut
 similia, quia aequalia aut similia bene negantur esse eadem, prout
 I o a n n i s IX^o, dicebant quidam de caeco nato: *«nequaquam est hic sed
 similis eis»*; sed non e converso. Quare, cum divinae personae dicantur
 eadem simpliciter secundum substantiam numeralem sive singularem
 quae est in illis, consimiliter ergo debent etiam dici eadem secundum
 quantitatem et qualitatem singularem quae est in eis. Consimiliter
 ulterius etiam in creaturis diversis in quibus est eadem quantitas aut
 qualitas secundum speciem, ipsae debent dici | secundum illam eadem
 specie. Sed identitates specie et numero et genere pertinent ad unum
 modum relationis communis. Quare, | cum relatio communis non
 accipitur nisi a substantia, quantitate et qualitate, non est ergo nisi unus
 modus relationis communis in divinis et in creaturis.

Specialiter autem quod non sit nisi unus modus relationis com-
 munitatis in divinis arguitur sic. Non est relatio communis in aliquibus nisi
 secundum unum | commune absolutum existens in illis, ut iam tactum
 est supra et amplius declarabitur infra. In divinis autem non est nisi
 unum commune absolutum, scilicet substantia quae sola cum tribus |
 relativis proprietatibus constituit tres personas, secundum superius
 determinatum. Ab uno autem in substantia non sequitur nisi una relatio
 communis quae est identitas, ut infra declarabitur. Ergo etc.

Contrarium arguitur primo in creaturis, quia secundum dictum
 PHILOSOPHI in V^o Metaphysicae, ut habitum est in quaestione

praecedenti, relationes communes sunt idem, aequale et simile et eorum contraria. Isti autem sunt plures modi et diversi. Ergo etc.

Secundo arguitur idem specialiter in divinis sic. Quidquid est dignitatis simpliciter divinis personis attribuendum est secundum superius determinata. Sed dignitatis simpliciter est quod persona quaecumque divina sit eadem alteri personae dignae, non solum eadem sed et similis et aequalis; et tanto maioris dignitatis est hoc illi, quanto persona altera est dignior. Quare, cum quaelibet persona divina sit dignissima, cuilibet ergo personae divinae tribuendum est quod sit aequalis et similis, non solum idem cuilibet alteri personae divinae. |

Bad. 189^m
Scarp. 1157^a

<SOLUTIO>

Dico iuxta dicta in praecedenti quaestione quod cum communicatio plurium in eodem sive in aliquo uno absoluto sit ratio | communis habitudinis illorum ad invicem, in qua consistit ratio relationis communis, plura autem sunt absoluta in quibus aliqui vel aliqua communicare possunt; immo in quibus communicant, tam in divinis quam in creaturis, quia in illis sunt rationes plurium perfectionum, quae omnes in Deo ad dignitatem pertinent, ut patet ex superius determinatis, et per consequens communicatio in illis, et similiter habitudines relationum illorum inter se quae fundantur in illis quae communicantur. Propterea igitur necesse est ponere plures relationes communes tam in divinis quam in creaturis. Et secundum hoc processit ultima ratio specialiter in divinis, | et | penultima communiter et in divinis et in creaturis, quae secundum hoc concedendae sunt. |

Q 104^{ra}

S' 242^b

I' 328^{va}

Bad. 189ⁿ

65

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «*ab unitate numerali quantitatis et qualitatis dicuntur habentia illas idem, ergo et similiter ab unitate earundem secundum speciem et secundum genus, et sic non est nisi relatio communis identitatis secundum illa*» etc., dico quod quantitas et qualitas, tam in divinis quam in creaturis, dupliciter possunt considerari: uno modo comparando illas sibi ipsis et eis quae sunt sui generis, puta quantitatem quantitatis, et qualitatem | qualitatis; alio modo comparando illas ad subiecta in quibus sunt, non ut dantia illis esse simpliciter, sed rationem perfectionis in bene esse. Quod dico ad differentiam substantiae, quae

B" 119^{ob}

	in nullo est sicut in subiecto; sed si est in aliquo, est ut aliquid illius, hoc est solummodo sicut in constituto per illam et ut recipiente esse simpliciter per illam; sed hoc in quantum includit in se primo, prout infra declarabitur, sicut in creaturis recipit esse compositum et in esse constituitur a materia et a forma.	75
Bad. 189 ^o K" 142 ^{va}	Si primo modo, bene verum est quod ad illa consequitur identitas, qua scilicet quantitas aut qualitas una dicitur eadem numero, et plures quantitates aut plures qualitates dicuntur eadem genere aut specie, prout tangitur in argumento; sed in ista comparatione non considerantur in ordine ad substantiam. Propter quod, licet secundum istam comparationem identitate denominantur quantitates aut qualitates secundum se, non sequitur tamen quod secundum talem identitatem denominent subiecta habentia illas in se; de quorum subiectorum habitudine per relationes communes fundatas in illis aut in eis quae habentur in illis, sive ut perficientia in esse sive in bene esse, est hic sermo.	80 85 90
Scarp. 1157 ^b	Si ergo secundo modo consideretur comparatio quantitatis et qualitatis, scilicet in ordine ad sua subiecta, dico quod ad communionem quantitatis aut qualitatis sive secundum numerum, sive secundum speciem, sive secundum genus, numquam consequitur habitudo identitatis, sed solummodo aequalitatis secundum communionem quantitatis, quia proprium eius est secundum eam aequale vel inaequale dici, et similitudinis secundum communionem qualitatis, quia « <i>proprium</i> eius est secundum eam simile vel dissimile dici», ut vult PHILOSOPHUS in Praedicamentis. Et ideo sicut a communionem substantiae habetur unus modus relationis communis quae dicitur identitas, sic a communionem quantitatis habetur alius qui dicitur aequalitas, et a communionem qualitatis tertius qui dicitur similitudo. Et sunt ad minus tres modi istorum communium in illis in quibus habent esse, substantia, quantitas et qualitas, sive in divinis sive in creaturis.	95 100
Bad. 189 ^o Q 104 th	Sed quod arguitur quod «in divinis <i>ab unitate numerali quantitatis aut qualitatis</i> in divinis non habetur nisi identitas, ergo nec in creaturis ab identitate secundum speciem aut secundum genus», dico quod istud falsum est in divinis, et etiam falsum est hoc conclusum ex illo in creaturis, quia nec in Deo nec in creaturis sequitur identitas aliqua ex quantitate aut qualitate in quantum habent rationem quantitatis aut qualitatis. Quod ergo ad probationem illius in divinis dicitur quod « <i>tanta est unitas numeralis</i> quantitatis aut qualitatis in divinis personis <i>quanta est substantiae</i> », dico quod verum est, et quod cum hoc etiam verum est quod idcirco etiam non secundum rationem maioris unitatis debent referri	105 110
B" 120 ^{ra}		

- 115 inter se divinae personae secundum substantiam quam secundum quan-
tatem aut secundum qualitatem. | Bad. 189^vQ
- Quod autem assumitur ulterius quod «secundum rationem *maioris unitatis referuntur inter se quae referuntur secundum identitatem quam quae referuntur secundum aequalitatem aut secundum similitudinem*», dico quod
- 120 non est verum quando referuntur aequalitas et similitudo a tanta unitate
in quantitate et qualitate, a quanta unitate sumitur identitas, ut contingit
in | divinis in quibus identitas, aequalitas et similitudo sumuntur | ab K" 142^{vb}
l' 328^{vb}
E' 125^{vb}
- 125 creaturis quoad aequalitatem et similitudinem substantiales et identita-
tem secundo modo identitatis inferius distinguendae. In divinis enim in
quibus sumuntur identitas, aequalitas et similitudo ab unitate numerali
substantiae, quantitatis et qualitatis, non est maioris unitatis personas
esse easdem quam ipsas esse aequales aut similes.
- Similiter in creaturis in quibus sumitur identitas secundo modo
- 130 dicta ab unitate speciei aut generis, et | similiter aequalitas et similitudo
substantiales, ut inferius declarabitur, non est maioris unitatis aliqua esse
eadem, puta Petrum et Paulum in humanitate, quam eos esse in humani-
tate aequales aut similes. Sed tunc solummodo verum est quod secun-
dum rationem maioris unitatis referuntur inter se quae referuntur secun-
dum identitatem, quam quae referuntur secundum aequalitatem aut
135 similitudinem, quando aequalitas et similitudo non sumuntur a tanta
unitate in quantitate et qualitate, a quanta unitate | sumitur identitas, ut
contingit in creaturis quoad aequalitatem et similitudinem sive substanti-
ales sive accidentales, et identitatem primo modo dictam, in quibus
140 aequalitas aut similitudo numquam accipi[un]tur ab unitate numerali
quantitatis aut qualitatis.
- Immo sicut aequalia et similia necessario sunt diversa secundum
rem, quia nihil sibi ipsi est aequale aut simile sicut infra patebit, sic alia
et alia quantitas est secundum quas dicuntur aequales, et alia et alia
145 qualitas secundum quas dicuntur similes, prout similiter inferius declara-
bitur. Identitate autem primo modo identitatis, qua scilicet aliquid
dicitur idem sibi ipsi, bene accidit ab unitate substantiae numerali in
creaturis esse maioris unitatis personas aliquas esse easdem quam aequa-
les aut similes. Sicut in exemplo de I o a n n i s 9^o illi enim qui, demon-
150 strato caeco, prius dicebant de illuminato, *nequaquam est hic sed similis illi*,
intendebant per similitudinem illam excludere identitatem, quasi dic-
erem: similis est illi, sed non idem. Sed postquam, | secundum verita-
tem, una persona erat prius caeca et postea illuminata, non erat similis
sed eadem, non solum in substantia sed etiam in personalitate; quoad
155 hoc enim nulla | est differentia in creaturis. Quaecumque enim persona Scarp. 1158^a

S' 242^{va}

B" 120^{rb}

Q 104^{va}

	creata est eadem alteri in substantia, est eadem alteri in personalitate, quia in creaturis idem numero non diversificatur nisi nomine et definitione, proprio et accidente, ut dicitur in <i>Topicis</i> . Et in proposito diversa erat solo accidente persona prius caeca et postea illuminata. Licet quoad illud, magna sit differentia in divinis, quia in divinis una	160
K ⁿ 143 ^a	persona bene est eadem alteri in substantia, et hoc secundo modo identitatis, quo non est aliquid vel aliquis idem sibi ipsi sed alteri tantum; licet nulla sit eadem alteri in personalitate. Sic enim non est persona eadem nisi sibi ipsi, et hoc primo modo identitatis.	
	Propter quod similitudo in divinis excludit identitatem in persona sed non in substantia. Et iuxta assuetudinem nostram circa creaturas in intelligendo eadem, aequalia et similia, secundum rationem maioris et	165
Scarp. 1158 ^b	minoris unitatis, non tanta occurrit prima fronte animo nostro unitatis perceptio inter personas etiam divinas, quando dicuntur esse aequales aut similes, sicut quando dicuntur esse eadem. Et sic non solum in	170
	creaturis sed etiam in divinis, sicut ab unitate substantiae habetur identitas et non nisi identitas, sic ab unitate quantitatis habetur aequalitas et non nisi aequalitas, et ab unitate qualitatis similitudo et non nisi similitudo, non obstante quod tanta est unitas numeralis in Deo quantitatis et	175
I ⁿ 329 ^a	qualitatis, quanta est substantiae; licet propter hoc alio modo habeant esse et differenter identitas, aequalitas et similitudo in Deo et in creaturis, sicut infra patebit. Verumtamen, quia propter uniformem unitatem	
Bad. 190 ^o	in Deo numeralem substantiae, quantitatis et qualitatis tres personae, sicut sunt unum in substantia et una substantia, sic sunt unum in quantitate et una quantitas, puta magnitudo, et unum in qualitate et una	180
	qualitas, puta sapientia. Et etiam quia una res singularis sunt in Deo substantia, quantitas et qualitas, ideo <i>ALIIQUI</i> putaverunt quod in Deo idem penitus et eadem relatio essent identitas, aequalitas et similitudo; aut omnino conformes, ita quod illud quod de una illarum dicitur, de	185
	aliis intelligatur. Propter quod, ut putatur, <i>MAGISTER</i> in <i>Sententiis</i> et magistri in scriptis suis disputant aliqua de aequalitate, modicam aut nullam mentionem facientes de identitate aut similitudine, dantes	
	intelligi de identitate et similitudine illa quae determinant de aequalitate; licet magna diversitas sit inter haec tam in divinis quam in creaturis, maxime identitatis ad aequalitatem et similitudinem, quae magis inter se	190
B ⁿ 120 ^{va}	conveniunt tam in divinis quam in creaturis quam identitas conveniat cum illis ambobus vel cum altera illarum, secundum quod haec omnia patebunt inferius.	
	Et quod tres personae, ut dictum est, sicut sunt una substantia et unum in substantia, sic sunt unum in quantitate et qualitate et una	195
	quantitas atque una qualitas; hoc pertinet ad primam comparisonem	

quantitatis et qualitatis praedictam. Unde et propter hoc tres personae bene dicuntur esse idem in quantitate et eadem quantitas, et idem in qualitate sicut et eadem qualitas, quemadmodum dicuntur esse | idem in substantia et eadem substantia. Sed de hoc nihil ad aequalitatem et similitudinem, quod scilicet in divinis debeat esse eadem relatio communis cum identitate, et hoc ideo quia sequuntur quantitatem et qualitatem secundum aliam earum comparisonem, ut dictum est.

K" 143^b

De hoc etiam nihil ad propositum, quod scilicet idem re sint et unum in divinis substantia, | quantitas et qualitas. Hoc enim non facit nisi ad hoc quod identitas et aequalitas | atque similitudo differant in divinis secundum rationem tantum, cum tamen in creaturis differant | secundum rem, ut infra patebit. Sed nihil | facit hoc ad differentiam secundum formam et speciem rationis in quantum sunt relationes secundum rationem, sicut in creaturis differunt secundum formam et speciem rei, in quantum sunt relationes secundum rem, secundum quod etiam secundum quod est, ut infra patebit. |

Q 104^{vb}Scarp. 1159^aE' 126^{ra}S' 242^{vb}

Per hoc patet ad secundum cum arguitur «*non est commune* absolutum in Deo super quod fundetur communis relatio nisi | *substantia*», dico quod verum est secundum rem differens a substantia. Sunt tamen in ipso quantitas et qualitas absoluta quaedam differentia a substantia secundum rationem, secundum superius determinata. Et ideo relationes communes fundatae super illas sunt diversae secundum rationem ab illa quae fundatur super substantiam, licet non secundum rem ab illa differant, et licet solummodo differant per rationem, nihilominus tamen differunt secundum formam et speciem, ut iam dictum est. |

Bad. 190^{ra}Scarp. 1159^bBad. 190^{rs}Scarp. 1159^a

QUAESTIO 3

UTRUM TAM IN DIVINIS QUAM IN CREATURIS SINT TANTUM TRIA GENERA RELATIONUM COMMUNIORUM

Circa tertium arguitur quod non sunt neque in divinis neque in creaturis tantum tria genera relationum communiorum, sed aut plura aut pauciora. Primo | sic. Relationes communes sequuntur unum et multa quae sunt prima opposita dividenda ens et principia prima relationum communiorum, ut infra declarabitur. Unum autem in quantum unum non est principium nisi unius, quare ad unum non sequitur nisi unum genus relationis communiorum. Quare, cum relatio, quae sequitur multum, opponitur relationi quae sequitur unum, et tantum unum uni opponitur, tantum ergo unum genus relationis sequitur unum, et tantum unum sequitur

I' 329^b

- multum. Non ergo sunt amplius quam duo genera relationum communium tam in divinis quam in creaturis. Aut si duo vel tria aut plura talium relationum sequuntur | unum, etiam totidem sequuntur multum, quia ad plurificationem unius oppositorum sequitur plurificatio alterius, | et sic aut erunt tantum duo genera relationum communium, aut erunt plura tribus. 15
- B" 120^b
- Scarp. 1159^b
- Secundo sic. Cum relationes communes sequantur unum et multum, et unum et multum, quia dividunt totum ens, inveniuntur in quolibet praedicamento, quare, cum in creaturis sint decem praedicamenta, in divinis autem duo, scilicet substantia et relatio, secundum superius determinata, in creaturis ergo erunt decem genera relationum communium sequentium unum et multa in decem praedicamentis; | et in divinis duo tantum sequentium unum in duobus praedicamentis. Quare essent plures numero modi sive genera relationum communium quam tres in creaturis et in divinis, aut tantum duo quorum unum sequitur unum in substantia et aliud multum in relatione, aut plura duobus; quia cum unum sit in relatione sicut et in substantia, si tria genera relationum communium sequuntur unum in substantia, ad minus unum genus relationum communium sequetur unum in relatione, et aliud multum in relatione; cum multae et diversae | relationes sint in divinis, licet tantum una substantia. 20
- K" 143^a
- Tertio arguitur idem specialiter in divinis sic. Si essent in divinis plures patres aut plures | filii, patres illi paternitate essent aequales aut similes, et similiter filii illi filiatione. Sed qua ratione unus pater esset tunc aequalis aut similis alteri aut filius filio, eadem ratione nunc cum non est nisi unus pater et unus filius in divinis, filius est inaequalis aut dissimilis patri. Et sic in divinis si ex parte substantiae est tantum unus modus relationis communis, cum similiter unus sit ex parte relationis tantum duo essent. Aut si praeter unum, scilicet modum identitatis qui fundatur in substantia, sint alii duo, scilicet aequalitatis et similitudinis fundati in quantitate et qualitate, erunt plures quam tres. 25
- Scarp. 1160^a
- Quod autem patres plures aut filii, si essent in divinis, essent aequales probatur per AUGUSTINUM, V^o De Trinitate, in responsione ad quaestionem qua quaeritur secundum quid sit aequalis Filius Patri, an scilicet secundum id quod ad se dicitur, an secundum id quod ad Patrem dicitur, sic enim dicit: «*Non secundum id quod ad Patrem dicitur, | quoniam ad Patrem Filius dicitur. Ille autem non est Filius sed Pater est*». Quia ergo Filius non relative ad Filium dicitur sed ad Patrem, non secundum hoc quod ad Patrem dicitur aequalis erit Filius Patri. Per quod, ut videtur, innuit quod si duo essent in deitate filii, aequalis posset dici unus alteri secundum quod ambo sunt filii et eadem ratione similes; tum 30
- Bad. 190^v
- Q 105^a

55 quia in divinis non est aequalitas sine similitudine, tum quia consimilis
 quaeſtio illi, quam format de aequalitate, poſſet formare de ſimilitudine.

Quarto ſic. Viſ ſpirativa eadem et aequalis et ſimilis eſt in Patre et
 Filio, quia ipſa eſt relatio communis, aut ſecundum illam Pater et Filius
 referuntur invicem | relatione aliqua communi ſicut ſecundum ſub-
 ſtantiam, | quantitatem aut qualitatem referuntur relatione identitatis,
 60 aequalitatis aut ſimilitudinis, ut ſuper illam fundetur relatio identitatis
 quia communis | eſt duabus perſonis, ſicut ſuper | ſubſtantiam, quanti-
 tatem aut qualitatem, quia communis eſt tribus perſonis. Iſte autem
 modus eſt praeter illos tres qui in divinis fundantur ſuper ſubſtantiam,
 quantitatem et qualitatem. Ergo etc.

I' 329^{va}

B" 121^{ra}

S' 243^{ra}

K" 143^{vb}

65 Quinto ſic. Quod eſt dignitatis ſimpliciter in creaturis ſentiendum
 eſt eſſe in divinis, licet modo eminentiori ſecundum ſuperius determi-
 nata. Amicitia et ſocietates et aliae relationes conſimiles ſunt relationes
 communes in creaturis et praeter dictas tres conſuetas poni in illis, et
 ſunt dignitatis ſimpliciter. Ergo ſentire debemus quod inveniantur in
 70 divinis, et ſic ſunt plures quam tres tam in divinis quam in | creaturis, ut
 prius.

Scarp. 1160^b

In contrarium eſt quod relatio communis non fundatur niſi ſuper
 praedicamenta absoluta communiter communicata a relatis, quae non
 ſunt niſi tria: ſubſtantia, quantitas et qualitas, ſecundum iam dicta. Super
 75 relationem enim non fundatur relatio, ut iam dicitur. Secundum funda-
 menta autem diſtinguuntur relationes communes, ut infra dicitur. Ergo
 etc. Hinc PHILOSOPHUS, loquens de relationibus communibus, dicit V^o
 Metaphysicae: «*eadem ſunt quorum ſubſtantia eſt una, et ſimilia quorum
 qualitas | eſt una, et aequalia quorum quantitas eſt una*». |

E' 126^{fb}

Bad. 190^{vT}

80

<SOLUTIO>

Dico, ſecundum iam tacta in duabus quaestionibus praecedenti-
 bus, quod cum communio plurium in aliquo uno absoluto ſit per ſe et
 prima ratio communis habitudinis ſive relationis illorum ad invicem,
 plura autem absoluta nec in divinis ſecundum rationem nec in creaturis
 85 ſecundum rem poſſunt inveniri quam tria, ſcilicet ſubſtantia, quantitas
 et qualitas. Idcirco ſimpliciter et breviter dico quod nec in divinis nec in
 creaturis poſſunt eſſe plures relationes communes quam tres, et quod
 tot ſunt in eis; et ſic tantum tres, ſcilicet identitas, aequalitas et ſimili-
 tudo. Quod dico comprehendendo cum illis contraria eorum, quae ſunt
 90 diverſitas, inaequalitas et diſſimilitudo. Qualiter autem habent fundari
 relationes communes in ſolis illis tribus praedicamentis et cauſari ab uno

et multo, de hoc erit sermo inferius. Secundum hoc ergo concedenda est
Bad. 190^v ultima ratio ad istam partem adducta. |

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «ad unum, quod est principium 95
relationum communium, non sequitur nisi unum neque similiter ad eius
oppositum quod est multum, et sic tantum erunt duae relationes com-
munes», dico quod cum dicitur «ad unum non sequitur nisi unum», verum
est in quantum est unum tantum. Unde si res absoluta in divinis esset
una ratione sicut est una re, si ab illa procederet relatio aliqua, non 100
procederet ab illa nisi una relatio; et hoc in unico extremo relatorum, ita
quod nulla esset in alio. Quod tamen esset impossibile, tum quia «*relatio-
nis / esse est ad aliud se habere*», tum quia non sequitur communis | relatio
ad unum nisi secundum quod illud unum est plurium re vel ratione, |
Q 105^{fb}
B^{''} 121^{fb}
K^{''} 144^{ra} secundum quod infra declarabitur. 105

Nunc autem, quia res ipsa absoluta, super quam fundatur relatio
communis in divinis, non est unica ratione licet sit una re, sed plures est
ratione, scilicet secundum rationem potentiae activae et passivae, et
similiter secundum rationem substantiae, quantitatis et qualitatis, ideo in
quantum enim plures est ratione secundum rationem potentiae activae 110
et passivae, est origo plurium | relationum notionalium personalium,
Scarp. 1161^a
Bad. 191^v quae | sunt generare et generari, spirare et spirari; et in quantum est
plures ratione secundum rationem substantiae, quantitatis et qualitatis,
I['] 329^{fb} est | origo plurium relationum communium personarum, quae sunt
identitas, aequalitas et similitudo. 115

In divinis autem, quia in absoluto supra quod solum nata est
fundari relatio communis, nec est multum nec multa secundum rem,
ideo nulla relationum quae natae sunt sequi ex multo invenitur in divi-
nis, quia non sequitur nisi ad multum secundum rem. In creaturis
autem, ubi diversa sunt re in diversis, scilicet substantia, quantitas et 120
qualitas, non est mirum si ad illa sequuntur secundum rationem unius
relationes communes diversae, scilicet identitas, aequalitas et similitudo,
et contraria harum secundum rationem multi, scilicet diversitas, inaequa-
litas et dissimilitudo, secundum modum inferius exponendum.

Quod vero implicatur in argumento quod «ad plurificationem unius 125
oppositorum sequitur plurificatio alterius», patet responsio ex dictis in praece-
denti quaestione, quod hoc non tenet in divinis, quia in illis alterum
Bad. 191^{rx} oppositorum inest naturaliter. |

- 130 Ad secundum quod «*relationes communes sequuntur unum et multum*
quae reperiuntur in quolibet praedicamento, quorum decem inveniuntur in
creaturis et duo tantum in divinis», dico quod hoc tantum verum est secun-
 dum modum inferius exponendum. Et quod ex hoc concludendo
 subiungitur «*quare in creaturis erunt relationes communes sequentes unum*
et multum in quolibet praedicamento», dico quod verum est, non tamen
 135 ex hoc sequitur quod sint plures relationes communes secundum genus
 quam tres in creaturis, quia super septem praedicamenta accidentium
 respectus importantia, non fundatur relatio prout illa comparantur ad
 subiectum, qua quidem | relatione ipsum subiectum relatum habeat
 referri, sicut fundatur relatio super quantitatem et qualitatem prout
 140 comparantur ad subiectum, qua quidem relatione ipsa subiecta qualia et
 quanta referuntur inter se, sed super illa septem praedicamenta solum-
 modo fundatur relatio secundum quod ea, quae in illis praedicamentis
 sunt, comparantur inter se. Et secundum talem comparisonem omnia
 praedicamenta accidentium habent rationem substantiae, et ad unum et
 145 multa in | illis non sequuntur nisi idem et diversum, sicut non nisi illa
 sequuntur ad ea quae sunt in praedicamento substantiae. Et sic nequa-
 quam secundum illa septem praedicamenta distinguuntur relationes |
 communes, sed solummodo secundum tria praedicamenta absoluta, |
 secundum quod omnia haec declarabuntur inferius. |
- 150 Quod vero subditur concludendo in divinis quod «*cum in divinis*
sint tantum duo praedicamenta, ergo erunt tantum duae relationes com-
munes, quarum una sequitur unum in substantia et alia sequitur unum in
relatione, et hoc si in divinis relatio communis sequitur tantum ad unum»,
 dico quod, quamvis in divinis sit unum substantiae et unum relationis,
 155 ad solum tamen unum substantiae, in quantum rationem quantitatis et
 qualitatis in se continet, ut dictum est et amplius declarabitur in sequen-
 tibus, sequuntur relationes communes, non autem ad unum relationis in
 quantum relatio est, quia, ut dictum est, ad unum | non sequitur relatio
 communis nisi ut illud est plurium; nulla autem relatio personae consti-
 tutiva est plurium. Idcirco ergo patet quod secundum unum in illa nulla
 160 sequitur relatio communis.
- Si ergo secundum aliquam relationem unam notionalem sequatur
 relatio communis, hoc non est nisi secundum communem spirationem
 activam quae est relatio Patris et Filii, quod tangit quartum argumentum,
 165 super quam tamen nulla potest fundari relatio communis, quia illa
 communis spiratio nec est nec relatio est nec una est nisi ex eo quod
 duorum est, ut supra declaratum est. Et per hoc alio modo in illa | est
 duorum communio quam in illo super quo debet fundari, aut ad quod
 debet sequi communis relatio. Id enim super quod fundatur communis

S' 243^bB" 121^{va}K" 144^{rb}Scarp. 1161^bBad. 191^{vy}Q 105^{va}I' 330^a

E" 126 ^{va}	<p>relatio sic debet esse unum plurium ut in singulo illorum, ut singulum est, habeat esse et esse unum, quemadmodum substantia, quantitas et qualitas habent esse in divinis personis eadem numero, et in diversis personis creatis eadem specie. Non sic autem habet esse relatio spirationis activae in Patre et Filio sed solummodo in ambobus, et ambo sunt simul unum spirandi principium et ut in pari voluntate concordantes sunt; et sunt duo spiratores, secundum quod supra est expositum et amplius exponetur inferius. Propter quod, licet ad unum secundum substantiam, quantitatem aut qualitatem in tribus personis sequatur relatio communis, nequaquam tamen ad unum in spiratione activa communi. Et hoc etiam si ipsa vis spirandi activa est quid absolutum, sicut est ipsa voluntas concors. Super tale enim absolutum fundari potest relatio illorum cuius est simul ad alterum ab ambobus, nequaquam tamen ipsorum ad invicem. Quapropter cum huiusmodi spiratio activa sit relatio quaedam, multo minus potest super ipsam fundari relatio communis, quia super relationem, in quantum relatio est, non potest fundari alterius generis quam sit illa, secundum quod inferius declarabitur. </p>	170 175 180 185
B" 121 ^{vb} Scarp. 1162 ^a	<p>Quod vero in argumento tangitur ultimo de multo in divinis, quod videlicet ad ipsum debet sequi aliqua relatio communis, dico quod ex hoc nihil argui potest nisi quod sicut in divinis ex unitate substantiae in tribus personis sequitur identitas, et ex unitate quantitatis in eisdem sequitur aequalitas, atque ex unitate qualitatis in eisdem sequitur similitudo, sic a multo quod est in personis sequatur una relatio communis, puta qua una persona saltem dicatur altera ab altera. Sicut enim quaelibet illarum dicitur eadem, aequalis et similis alteri propter unitatem substantiae, quantitatis et qualitatis in eisdem, sic, ut videtur, quaelibet illarum dicitur altera ab altera propter diversitatem seu alietatem proprietatum personalium, iuxta illud quod dicitur in symbolo Athanasii «<i>alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti</i>». Aliud autem relativum diversitatis est quae relatio communis est. Et dico ad hoc quod diversitas sive alietas, quae est vel potest esse in divinis personis ex relationibus propriis constitutivis illarum personarum, non est relatio alia secundum speciem aut secundum genus rei vel rationis ab illis relationibus quibus constituuntur ipsae personae. Alietas enim in divinis, qua Pater est alius a Filio, non est relatio alia quam ipsa paternitas eius. Et e converso alietas, qua Filius est alius a Patre, non est aliud sive alia relatio quam ipsa filiatio eius. Et similiter relatio, secundum quam ambo sunt aliae personae a Spiritu Sancto, non est alia quam spiratio eorum activa. Et relatio, qua Spiritus Sanctus est alius ab ambobus, non est alia quam eius spiratio activa.</p>	190 195 200 205
Bad. 191 ^{vy}		
S' 243 ^{va}		

- 210 Ut secundum hoc alietas divinarum personarum inter se non sit
aliud quam distinctio earum suis | proprietatibus personalibus qua,
contra Sabellianos, tollitur personarum confusio secundum personalem
identitatem, sicut e contra identitas divinarum personarum inter se non
est aliud quam communio earum in substantia unitate qua, contra
215 Arrianos, tollitur personarum divisio ab invicem secundum substantia-
lem diversitatem.
- Et hoc contingit universaliter in relationibus fundatis super |
relationes, quod scilicet non differant secundum genus et speciem
relationis ab illis super quas fundantur, puta cum in divinis inter Patrem
220 et Filium sit relatio oppositionis quae fundatur super paternitatem et
filiationem, licet oppositio sit relationis communis secundum nomen,
non tamen secundum rem aut speciem rationis differens ab illis super
quas fundatur; quia ut est Patris ad Filium non differt a paternitate, et ut
est Filii ad Patrem non differt a filiatione. Nunc autem relatio commuis
225 a suo fundamento | debet differre in forma relationis: aut ut relatio una
ab alia relatione aut ut relatio a non-relatione. |
- Ad tertium quod «*si in divinis essent plures patres aut plures filii, essent
aequales aut | similes* per relationes huiusmodi communes et | conformes,
quare Pater et Filius inter se propter relationes difformes secundum illas
230 sunt inaequales aut dissimiles», dico, secundum quod dicit MAGISTER I^o
S e n t e n t i a r u m distinctione 31^a, «*Non secundum quod Filius est genitus a
Patre, aequalis vel inaequalis est Patri nec similis vel dissimilis*», et hoc quia
secundum illam relationem non est natus dici talis vel talis, sicut lapis
nec est videns nec caecus, quia neuter natus est esse. Sed si per impossi-
235 bile ponantur esse plures patres aut plures filii in divinis, sicut sunt in
creaturis, puto esse distinguendum.
- Quia, si huiusmodi relationes considerentur in ordine ad subiec-
tum vel subiecta in quibus sunt et quae referunt, sic dico quod omnis
relatio communis quae possit poni fundari super illas relationes, sive
240 fuerit conformis qualis esset duorum patrum inter se aut duorum filio-
rum, sive difformis qualis esset filii ad patrem, necessario esset in
utroque extremo eiusdem generis cum illis super quas fundatur, dif-
ferens ab illis sola ratione, ut iam dictum est de alietate inter personas
divinas.
- 245 Si vero considerentur in ordine quem habent inter se sub genere
relationis, tunc si identitas, aequalitas et similitudo aut contraria horum
intelligantur fundari super huiusmodi relationes, hoc non esset nisi
secundum modum quo singula in suis generibus habent rationem
substantiae. Et sic se habent in creaturis inter se duae paternitates et
250 similiter duae filiationes fundatae super potentias activas et passivas in

Q 105^{vb}I' 330^bScarp. 1162^bBad. 191^{vz}K" 144^{vb}B" 122^{ra}

- eadem specie specialissima, sicut differentia numero sub eadem specie. Quaelibet enim paternitas super potentiam activam fundatur et quaelibet filiatio super potentiam passivam, quae potentiae sub eadem specie specialissima substantiae, puta hominis, non videntur plus differre quam diversae potentiae secundum species specialissimas in genere potentiae; licet forte diversae sint secundum speciem potentiae activae et similiter passivae quae sunt in diversis speciebus specialissimis substantiae, puta in homine, equo et asino. 255
- E' 126^{vb}
- Et secundum hoc diversae species sunt paternitas et filiatio in illis et in eisdem secundum speciem specialissimam sunt diversae paternitates eiusdem speciei inter se, et similiter diversae filiationes. Et sic quemadmodum duo homines sunt iidem, aequales et similes secundum speciem humanam, sic et duae paternitates et duae filiationes in hominibus. Et ita sicut homo et equus sunt diversi et inaequales aut dissimiles secundum speciem, sic et paternitas in homine et equo, et similiter filiatio. Quod bene possibile est in creaturis, eo quod in illis est ratio universalis et particularis, et sub uno specie plurificato per individua est bis accipere unum numero. 260
- Q 106^a
- Sed nequaquam potest poni in divinis, quia in illis non invenitur ratio particularis nec universalis. Propter quod si duae essent filiationes in divinis, non essent eaedem specie et per consequens nec genere nec numero, nec etiam essent aequales nec similes identitate, aequalitate et similitudine, quae nata est esse in eadem specie, scilicet substantiali. Et similiter cum modo sunt in divinis paternitas et filiatio, nec sunt eaedem numero nec specie nec genere, nec diversae; igitur nec aliquid secundum ista diversum est ab altero numero, specie aut genere, licet sint quasi individua diversarum specierum, ut alias dixi. Et contingit illud quia non sunt nata esse talia; nec aliqui vel aliqua nata sunt talia, scilicet eadem aequalia vel similia dici secundum illa, quia tamen inter se opponuntur, necessario est alietas inter Patrem et Filium, similiter inter paternitatem et filiationem. Et si essent in divinis duo patres aut duo filii, esset inter illos alietas disparationis tantum. 275
- I' 330^{va}
B" 122^{vb}
- Quod arguitur ex dictis AUGUSTINI «*non secundum id quod ad Patrem dicitur, Filius est aequalis Patri quoniam ad Patrem Filius dicitur, ille autem non Filius est sed Pater*», ergo si Pater esset Filius et essent duo filii in deitate, aequales dicerentur in eo quod ambo essent filii et eadem ratione similes», dico quod conclusio bene sequeretur ex dicto AUGUSTINI si tota causa quare Filius non est aequalis Patri secundum id quod Filius dicitur ad Patrem, esset quod Pater non est Filius sed Pater tantum. Si enim ita esset, tunc bene sequeretur quod si Pater esset Filius, et essent duo filii in deitate, et unus illorum esset simul pater et filius, quod filius esset 280
- S' 243^{vb}
Bad. 192^z
- Bad. 192^A

295 aequalis patri secundum id quod ad patrem dicitur, quia esset aequalis patri ex hoc quod esset filius sicut est pater, quia in eis quae sunt per se, quorum unum est tota causa alterius, «*si oppositum est causa oppositi et propositum propositi*». Et sic bene verum est quod Filius, secundum quod dicitur ad Patrem, esset aequalis Patri in quantum Pater est Filius, et e converso esset inaequalis illi secundum quod est Pater prout ulterius intendit procedere argumentum, si illud non est tota causa illius sed pars causae tantum.

300 Ad hoc enim quod secundum aliquid fundamentaliter sit communis relatio aequalitatis aut similitudinis aut identitatis diversorum re vel supposito, causa est una in omnibus et complexa ex duabus partibus, quarum una est quod sit aliquid idem et unum in ambobus, altera quod illud sit aliquid absolutum. Ergo quod Filius non dicatur aequalis Patri |
305 secundum quod ad Patrem dicitur quia Pater non est Filius, verum est, quia per hoc deficit una pars causae quae requiritur ad aequalitatem et universaliter ad relationem communem, scilicet quod non est aliquid idem et unum in ambobus. Sed si Pater esset Filius, | tunc impleta esset ista pars causae, esset enim filiatio unum in illis. Deficeret tamen alia, quia scilicet illae filiationes non possent esse fundamenta relationum communium, eo quod relationes sunt et non absoluta, ut dictum est.

Scarp. 1163^b

K" 145^b

310 Et ideo AUGUSTINUS, per id quod dicit in suo argumento, bene insinuat quod si Pater esset Filius et duo | essent in deitate filii, magis accederent duo filii ad aequalitatem quam Pater et Filius, ut videlicet potius Filius | posset dici aequalis Patri secundum id quod ad Patrem dicitur si Pater esset Filius, quam si alter illorum tantum esset Filius. Et hoc quia tunc saltem est aliquid commune ambobus in quantum essent filii, non sic autem si Pater non esset Filius, quia aequalitas requirit fundamentum commune. Et sic Pater et Filius potius deberent dici
315 aequales secundum quod sunt duo filii quam secundum quod sunt Pater et Filius. Nequaquam autem insinuat per illud quod sint aequales nisi minus perfecte intelligentibus naturam aequalitatis. |

B" 122^a

Q 106^b

I' 330^b

320 Et idcirco simpliciter tenendum est quod Pater et Filius fundamentaliter secundum paternitatem et filiationem nequaquam sunt iidem nec aequales nec similes, similiter nec duo filii aut duo patres tam in divinis quam in creaturis; et hoc quia relationes communes non fundantur nisi super unum absolutum existens in diversis. Etiam secundum duas filiationes aut duas paternitates, si essent in illis, non iidem dicerentur aut similes aut aequales, quia illis non referuntur inter se, ut dictum est supra. |

Bad. 192^b

330 Et tamen advertendum est quod in divinis relatio, quae est inter Patrem et Filium, magis conformis est relationi diversitatis quam identi-

tatis, et etiam plus relationi diversitatis et identitatis quam inaequalitatis aut dissimilitudinis, et plus relationi identitatis quam aequalitatis aut similitudinis; et quod conformitas inter duos patres aut duos filios magis conformis est identitati aut diversitati quam inaequalitati aut aequalitati aut similitudini aut dissimilitudini, et hoc propter eandem causam. 335

Quia enim relationes istae fundantur super potentias activas et passivas ut super proxima sua principia fundamentalia, potentia autem activa et passiva in divinis potius nominantur sub ratione respectus cuiusdam naturam divinam ut est substantia quam | ut est quantitas aut 340

E^{127a}

Scarp. 1164^a

S^{244a}

K^{145a}

qualitas, ut ideo substantia sit fundamentum remotum dictarum relationum quam quantitas | aut qualitas. Propter quod, licet ratione fundamenti remoti quod est substantia una singularis, relationes paternitatis et filiationis comparatae inter se | potius conformantur relationi identitatis. 345

Et est | inter Patrem et Filium relatio quasi eiusdem ad se ipsum ut dicit BOETHIUS, sicut exposuimus in XIV^o Quolibet in quaestione de relatione activi ad passivum in voluntate. Tamen ratione fundamentorum proximorum, quae sunt potentiae diversae, secundum rationem activi et passivi potius conformantur relationi diversitatis. Et est inter Patrem et Filium quasi relatio diversi ad diversum, quae diversitas explicatur nomine alietatis, cum dicitur alius Pater, alius Filius, | eo quod non est proprie diversitas sicut nec proprie identitas secundum illas relationes. Quia vero duae paternitates super potentias activas fundantur et duae filiationes super potentias passivas, et potentia activa plus differt a potentia passiva quam una potentia passiva ab alia potentia passiva, aut una potentia activa ab alia activa, ideo maior est identitas in eadem substantia inter duos patres aut duos filios, habendo aspectum ad fundamenta proxima, quam inter Patrem et Filium. Et habendo respectum ad illa inter duos patres aut duos filios est quasi identitas secundum speciem et diversitas secundum numerum, licet in divinis | ratione fundamenti remoti quod est substantia, esset | identitas secundum numerum. 350

B^{122b}

Et ideo esset inter illos, si essent in divinis, plus relatio identitatis quam diversitatis, et plus quam aequalitatis aut similitudinis, ut secundum hoc Pater et Filius in divinis potius dici deberent secundum paternitatem et filiationem diversae personae quam aequales aut similes. Et similiter duo patres aut duo filii secundum paternitates aut filiationes eadem personae quasi sub eadem specie quam aequales aut similes in forma alicuius speciei. | 355

Bad. 192^b

Q 106^{va}

Et ideo esset inter illos, si essent in divinis, plus relatio identitatis quam diversitatis, et plus quam aequalitatis aut similitudinis, ut secundum hoc Pater et Filius in divinis potius dici deberent secundum paternitatem et filiationem diversae personae quam aequales aut similes. Et similiter duo patres aut duo filii secundum paternitates aut filiationes eadem personae quasi sub eadem specie quam aequales aut similes in forma alicuius speciei. | 360

Bad. 192^c

Scarp. 1164^b

I^{331a}

Ad quartum quod «*vis spirativa* una | est in Patre et Filio quare est relatio communis, aut secundum illam referuntur Pater et Filius | relatione communis», dico quod revera est spiratio activa communis Patri et Filio secundum superius determinata et inferius amplius declaranda. Sed ad 365

Ad quartum quod «*vis spirativa* una | est in Patre et Filio quare est relatio communis, aut secundum illam referuntur Pater et Filius | relatione communis», dico quod revera est spiratio activa communis Patri et Filio secundum superius determinata et inferius amplius declaranda. Sed ad 370

375 praesens non dicitur relatio communis solummodo quia communiter
convenit pluribus, sed quia convenit pluribus et cum hoc relatis inter se
per illam, ut tactum est supra in solutione primi argumenti primae
quaestionis. Neque super spirationem communem potest fundari
communis relatio, ut iam declaratum est in solutione secundi argumenti.

380 Ad quintum de *amicitia et societate* ac ceteris huiusmodi, dico quod
cum omnia talia fundantur in amore qui qualitas est in creaturis, et hoc
vel secundum primam vel secundum tertiam speciem qualitatis, qui
etiam non nisi rationem qualitatis habet in divinis, idcirco omnis | talis
relatio ad genus relationis communis quae est similitudo pertinet. *Amici*
enim *in quantum amici similes sunt*, et similiter socii, et non aequales nisi
385 prout in eis considerantur gradus conformes, quemadmodum qui aequa-
liter se diligunt, aequaliter amici sunt, sicut qui aequaliter calore partici-
pant, aequaliter calida sunt. |

K" 145^{vb}Bad. 192^{vd}
Scarp. 1165^a

QUAESTIO 4

UTRUM RELATIONES COMMUNES IN CREATURIS SINT RELATIONES
SECUNDUM REM AN SECUNDUM RATIONEM

5 Circa quartum arguitur quod relationes communes in creaturis
sunt relationes secundum rationem et non secundum rem sic. Super illa
quae non habent inter se habitudinem sive ordinem nisi attributalem,
non fundantur relationes reales, quia relationes reales non sunt nisi
habitudines | essentielles relatorum aut non sunt sine illis, ut patet in
activis et passivis quae patenter ad invicem se habent per potentiam
10 activam et passivam essentialiter, et in mensurato de quo patet quod
essentialiter se habet ad mensuram. Unde quia mensurae nullus est ordo
essentialis sive habitudo ad mensuratum sicut est e converso, nec
universaliter Dei ad creaturas sicut est e converso, idcirco nulla est
relatio realis mensurae ad mensuratum, nec universaliter Dei ad creatu-
15 ras. Sed individua sub eadem specie specialissima, substantiae scilicet
quantitatis aut qualitatis, in quibus fundantur relationes communes, puta
haec substantia et illa, in quibus fundatur identitas aut diversitas, hoc
quantum et illud in quibus fundatur aequalitas aut inaequalitas, hoc
album et illud in quibus fundantur similitudo et dissimilitudo, nullum
20 ordinem neque habitudinem habent inter se nisi accidentalem, quia inter
illa quae sunt sub eadem specie, nulla est habitudo sive ordo essentialis,
secundum COMMENTATOREM, III^o *Metaphysicae*, et secundum
ipsum PHILOSOPHUM, V^o eiusdem. Ergo etc.

B" 123^{ra}

- Quod autem relationes communes in divinis sint relationes secundum rem et non secundum rationem arguitur sic. Unumquodque verius 25
habet esse ubi est secundum rem quam ubi est secundum rationem
tantum. Ens enim secundum rationem, quod est ens secundum animam,
est ens diminutum secundum PHILOSOPHUM VI^o Metaphysicae;
ens vero secundum rem est ens perfectum. Sed relationes communes
praedictae verissime habent esse in divinis et perfectissime, quia in 30
divinis est verissima et perfectissima identitas, similiter aequalitas |
et similitudo, ut infra videbitur. Ergo etc. |
- Item. GREGORIUS dicit in praefatione De Trinitate: «*in*
essentia unitas, in personis proprietates, et in maiestate adoretur aequalitas». | Nihil
autem est adorandum nisi sit res aut reale. Ergo etc. 35
- Item. Relationes secundum rationem conveniunt Deo de novo et
ex | tempore, sicut patet cum dicitur 'dominus' | et 'creator'. Sed
relationes communes conveniunt Deo et divinis personis ab aeterno, et
non de novo et ex tempore, quia Pater et Filius, sicut ab aeterno sunt et
fuerunt Pater et Filius, sic ab aeterno sunt et fuerunt eidem | aequales et 40
similes. Ergo etc.
- Item. Relatio secundum rationem potest abesse illi cui inest
absque sui mutatione sicut potest adesse, puta sicut Deus de non-do-
mino potest fieri dominus absque sui mutatione, sic de domino potest
fieri non-dominus sine sui mutatione. Sed Deus sine sui mutatione non 45
potest secundum relationem communem de eodem, aequali aut simili
fieri non-idem, non-aequalis aut non-similis. Ergo etc.
- In contrarium est PHILOSOPHUS de creaturis, V^o Metaphysicae,
ubi dicit: «*omnia quae dicuntur modo numeri et potentiae sunt relativa, quia*
eorum essentia dicitur ad aliquid», id est secundum COMMENTATOREM, «*quia* 50
relatio est in substantia sive essentia utriusque». Talia autem sunt relationes
secundum rem et non secundum rationem tantum. Et intelligit per
relationes modo numeri relationes communes, quia omnes sequuntur |
unum et multum, ut infra videbitur. Ergo etc.
- In contrarium est etiam de Deo, quod in divinis non sunt relatio- 55
nes reales nisi notionales sint et distinctivae personarum. Quales non
sunt relationes communes, quia sunt personarum iam distinctarum.
Ergo etc. |

<SOLUTIO>

Dico quod relationes duplicem ordinem habent: unum ad sua 60
opposita relative, puta paternitas ad filiationem et e converso; alium ad

65 sua subiecta sive relata per ipsas in quibus | habent principia sua causativa et fundamentalia, de quibus est sermo inferius. Secundum primum ordinem relatio omnis habitudo quaedam est relatorum alterius ad alterum, quam dupliciter contingit esse inter illa: uno modo quia utralibet earum est alterius simpliciter; alio modo quia est alterius sub modo determinato. Et isto secundo modo sunt relata aliqua secundum dici tantum, quae secundum | rem sunt in aliis praedicamentis. Sic enim caput dicitur capitati caput, quia scilicet est pars illius; et capitatum capite capitatum, quia est totum illius. Primo autem modo sunt relata secundum esse, et isto modo relationis esse non est nisi ratio quaedam qua, ut alias declaravimus, distinguitur praedicamentum relationis contra praedicamenta absoluta. Et est ista ratio eadem et univoca omnibus contentis sub praedicamento relationis seu pertinentibus ad illud, et in Deo et in creaturis. Nec ex parte illius cadit aliqua distinctio relationum aut secundum rem aut secundum rationem, neque secundum genus aut speciem aut aliquo alio modo. Secundum ordinem quidem secundum relationis esse est realitas quaedam naturae aut rationis qua habet ab alio esse, et secundum illam habet ulterius ad aliud esse. Et hoc vel per se vel per accidens, secundum enim quod dicit COMMENTATOR super X^{um} Metaphysicae: «*relativum est duobus modis, quorum unus est relativum per se et alius per aliud, scilicet quia aliud comparatur ad ipsum*». Sensatum enim et intellectus sunt relata, quia intellectus et sensus sunt relata. |

80 Sed realitas illa non | est propria praedicamento relationis nec habet eam relatio a ratione sui praedicamenti, sed solummodo ab aliis praedicamentis super quae fundatur totum | praedicamentum relationis et a quibus oritur et causatur, et per quae etiam distinguitur secundum genus et speciem et numerum in contenta sub se, ut similiter alias declaravimus et amplius declarabitur inferius. Ad quam distinctionem pertinet differentia inter relationes secundum rem et relationes secundum rationem quae sunt relationes per se. Appellantur enim relationes secundum rem illae quae totaliter et complete habent esse et causari ab aliquo quod naturaliter et realiter habet esse in subiecto sive relato | super quod fundatur in illo, ut paternitas in patre super potentiam activam eius quod est formale in illo, et filiatio in filio super potentiam passivam quod est materiale in illo vel quasi materiale. Propter quod | talis relatio dicitur realis realitate naturae.

Bad. 193^fScarp. 1166^aBad. 193^fK" 146^bQ 107^aI' 331^{va}B" 123^{va}

Appellantur autem relationes secundum rationem illae quae totaliter aut saltem complete habent esse et causari a consideratione

rationis, secundum modum iam exponendum, non autem ab eo quod naturaliter et realiter habet esse in subiecto relato. Propter quod talis relatio dicitur rationalis et non realis simpliciter, sed re rationis tantum. Et sumitur differentia ista ex illo dicto PHILOSOPHI, V^o M e t a p h y s i - c a e : «omnia quae dicuntur modo numeri et potentiae sunt relativa, quia essentia eorum dicitur ad aliquid et non quia aliud dicitur ad illa». Et, ut dicit COMMEN- TATOR, intendebat quod «*relatio | duobus modis est: aut in substantia utrius- que relativorum, aut in substantia alterius et in alterum | propter istud*», scilicet in cuius substantia est per se. Est autem relatio in substantia utriusque relativorum quando relativa habent in se realiter super quod fundatur relatio, et ex hoc essentia illorum dicitur ad aliquid dici. Prop- ter quod relata etiam dicuntur realiter referri ad invicem et relationes eorum esse reales, ut contingit in activis et passivis et illis quae sunt modo numeri; aut in altero tantum, ut in mensurato, quod realiter et relatione reali refertur ad mensuram, et non mensura ad illud nisi quia illud refertur ad mensuram. Non enim in mensura est quo referatur ad mensuratum, sed solummodo in consideratione intellectus circa mensu- ram. Considerando enim quod mensuratum refertur ad ipsum sub ratione mensurati considerat e converso id quod est mensura referri ad mensuratum sub ratione mensurantis. |

Ad quaestionem igitur descendendo dico quod relationes com- munes, quando fundantur ex natura rei in subiectis et fundamentis suis, tunc sunt reales ut contingit universaliter in creaturis quoad aequalitatem et similitudinem et quoad identitatem specie aut genere. Quando autem non sunt in subiectis complete nisi ex consideratione rationis, | ut contingit universaliter in divinis quoad omne genus relationis communis et etiam in creaturis quoad identitatem numeralem, secundum quod haec omnia declarabuntur in sequentibus, | tunc sunt relationes rationa- les. Et secundum hoc concedendae sunt duae ultimae rationes. |

<AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum quod «individua sub eadem specie, in quibus fundantur identitas, aequalitas et similitudo, *non habent habitudinem* neque *ordinem* essentialem inter se, quare nec illae *relationes*», dico quod individua sub eadem specie dupliciter comparantur ad invicem: uno modo ut simpliciter considerantur et secundum se; alio modo ut conti- nentur sub communi specie, et in se illam partitam continent. Et primo modo nullum inter se habent ordinem et habitudinem secundum philo- sophos, nec fundantur super illa communes reales relationes dictae, ut

- procedit obiectio. Secundo autem modo habent inter se habitudinem
 140 essentialem, scilicet per habitudinem essentialem convenientiae quam
 habent ambo ad communem speciem in qua | sunt unum specie quam Q 107^b
 habent in se plurificatam | secundum numerum. Et hoc modo bene in B" 123^{vb}
 creaturis fundantur super individua eiusdem speciei reales habitudines
 praedictae. Et hoc quia omnes causantur ab uno, non ut unicum sive
 genere sive specie sive | numero, sed ut unum genere plurificatum est Scarp. 1167^a
 145 per unum | et unum secundum speciem; vel ut unum specie plurifica-
 tum est per unum et unum secundum numerum; vel ut unum numero
 secundum rem plurificatum est per unum et unum secundum rationem,
 ut inferius exponetur. Et per hunc modum relationes communes funda-
 150 licet fundatae super unum genere vel specie bene possunt esse reales,
 licet fundatae super unum numero semper sint rationales in creaturis
 sicut et in divinis. Bad. 193^{vh}
- Relationes autem dictis contrariae, scilicet diversitatis, inaequali-
 tatis et dissimilitudinis, quae in solis creaturis inveniuntur, fundatae
 super multum, quia ex natura ipsarum rerum semper fundantur in illis,
 155 semper sunt relationes secundum rem, secundum quod haec inferius
 declarabuntur. | Bad. 193^{vi}
- Sed contra hoc arguitur ex eo quod dicit PORPHYRIUS: genus ad
 species habitudinem habet, species autem ad individua nullam. Dico
 quod verum est loquendo de habitudine artificiali, quia descendentes a
 160 genere usque ad individua, «*iubet Plato quiescere*», ea videlicet de causa,
 quia de individuis non est ars neque scientia. Non autem verum est de
 habitudine naturali. Naturalem enim habitudinem habent individua ad
 speciem et sunt vera subiecta naturae, licet non artis aut scientiae. | Bad. 193^{vk}
- Ad secundum quod «*dictae relationes in divinis sunt reales quia*
 165 *verissime habent esse in | illis*», dico quod relationum secundum rationem
 quaedam sunt omnino secundum rationem et originaliter et complete;
 quaedam autem originaliter habent esse a rebus et in rebus, sed comple-
 tive a ratione et in ratione. Eorum autem quae omnino sunt secundum
 170 rationem, quaedam sunt secundum rationem, et quoad ipsos respectus
 relationum et quoad relata atque fundamenta relationum in relatis,
 quaedam vero non quoad relata aut fundamenta in illis, sed solum
 quoad respectus relationum oppositarum, et hoc vel quoad respectus
 utriusque relationum oppositarum seu in diversis seu in eodem, vel
 alterius tantum. Primo modo secundum rationem sunt relationes
 175 non-entium inter se vel non-entis | ad ens, quae minimum habent
 entitatis. Secundo modo sunt relationes secundum rationem quoad
 respectus utriusque relationum oppositarum vel quoad alterum tantum.
 Primo modo relationes oppositae habent esse in diversis, quemadmo-
- S' 244^{vb}

dum si animal habeat unam columnam a dextris suis et aliam a sinistris, comparando illas columnas inter se secundum ordinem quem habent ad dextrum et ad sinistrum in animali, una dicitur dextra alteri vel respectu alterius, et altera e converso sinistra. 180

Scarp. 1167^b

In eodem | autem habent esse huiusmodi relationes dupliciter: vel in ordine ad eundem, quemadmodum imago hominis se habet in se dextrum et sinistrum in ordine et consideratione ad dextrum et sinistrum in homine cuius est imago, vel in ordine ad diversos, quemadmodum columna | existens inter duos homines dextra est in ordine ad unum et sinistra ad alium; et sic in se habet secundum rationem et dextrum et sinistrum. 185

B^m 124^a

Quoad respectum alterius relationum oppositarum tantum, sunt relationes omnino secundum rationem dupliciter, quia quaedam sunt secundum rationem, quia alterum est ad ipsum secundum rem, quemadmodum mensura dicitur relative ad mensuratum, quia mensuratum dicitur ad illam secundum rem, et similiter | scibile ad scientiam, quia | scientia dicitur ad scibile secundum rem; quaedam vero sunt secundum rationem, non quia alterum dicatur ad ipsum secundum rem, sed quia consideratur in ordine ad illud quod est secundum rem, quemadmodum columna quae est a dextris animalis dicitur animali sinistra, et dicitur relative ad dextrum animalis; et e converso animal dextro suo dicitur secundum rationem relative ad sinistrum columnae, quia illud secundum rationem dicitur ad animalis dextrum, quod relative dicitur ad sinistrum in eodem secundum rem. 190

Q 107^{va}I' 332^a

Et sunt omnes istae relationes secundum rationem totaliter, et verum est de omnibus istis quod non habent nisi diminutam rationem esse sive entis. Sed de numero talium non sunt relationes communes in Deo, quia omnes originaliter habent esse in re quae est natura divina et ab ipsa, sed complete a ratione. Hoc enim modo idem in Deo fundatur originaliter super naturam divinam, in quantum | ipsa est substantia, quia ex eo quod est substantia habilis est et apta naturaliter ut circa ipsam consideretur personarum identitas; et similiter fundatur in ipso aequale super quantitatem, simile super qualitatem, sive super naturam divinam in quantum quantitas et qualitas. Propter quod tales relationes in Deo, licet habeant esse diminutum quoad suum esse completum quia habent illud a ratione et in ratione tantum, tamen in quantum originaliter habent esse suum a natura rei, verissime habent esse in Deo et verius | – licet in eo sint tantum rationales – quam habeant esse in creaturis in quibus sunt omnino reales, quanto verius in Deo quam in creaturis esse habet natura et unitas ipsius naturae habens rationem substantiae, quantitatis et qualitatis, in qua originaliter fundantur. Et per hoc quoquo 200

K^m 147^aE' 127^b

- 220 modo originaliter habent esse a natura rei, et quodammodo sunt relatio-
 nes secundum rem aut eis multum vicinatur, et mediae sunt inter illas
 quae omnino | sunt reales et illas quae omnino sunt rationales. Et Scarp. 1168^a
 quoad hoc relationes communes verissime habent esse in Deo, et esset
 haereticus censendus qui negaret identitatem, aequalitatem aut similitu-
 225 dinem divinarum personarum, sicut qui negaret eius substantiam,
 magnitudinem aut bonitatem, licet complete sint | rationales; et quoad
 hoc verius habent esse in creaturis in quibus sunt reales quam in Deo. |
 Per idem patet responsio ad tertium quod «aequalitas est adoranda
 et eadem ratione similitudo et identitas, quare sunt res aut reale quid»,
 230 dicendum quod verum est in quantum ortum originaliter habent a re,
 aliter autem non, quia complete sunt rationales per quod distinguuntur
 contra omnino reales. Relationes enim secundum rem et secundum
 rationem distinguimus secundum esse suum completivum. Propter
 quod relationes communes in divinis non dicimus reales, quia comple-
 235 tive sunt a ratione. | Bad. 193^{vM}
- Ad quartum quod «*relationes secundum rationem non conveniunt Deo*
nisi de novo | et ex tempore, istae autem conveniunt ei ab aeterno», dico quod |
 omnes relationes quae Deo conveniunt per se, sive secundum rem sive
 secundum rationem, ab aeterno ei conveniunt. Sed in illis quae sunt in
 240 eo secundum rationem, bene convenit nova nominatio ex tempore iuxta
 realem novitatem in creatura, | secundum quod hoc alias satis declaravi-
 mus. Et sic non est verum quod per istam distinctionem ab aeterno et
 ex tempore sive de novo distinguantur relationes secundum rem et
 secundum rationem. | Bad. 194^{rN}
- 245 Per idem patet ad quintum quod «dictae | relationes non possunt
 Deo adesse et abesse sicut possunt relationes secundum | rationem»,
 dicendum quod nulla relationum ad intra in Deo umquam potuit ei
 abesse, nec umquam ei abfuit aliqua quam haberet ab extra aut abesse
 potuit. Sed verum est quod «nominatio quam habet aut habuit potest et
 250 potuit ei abesse». Et | sic neque etiam penes talem distinctionem
 distinguuntur in Deo relationes secundum rem et secundum rationem. | Scarp. 1168^b
 Bad. 194^{rM}
- I' 332^b
- S' 245^{ra}
 Q 107^{vb}
- K" 147^{rb}
 Scarp. 1169